Inst. F. COURBY
Cote 6799 T.P.
UER

# DE THERAEORUM REBUS SACRIS

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

IOANNES BRAUN
ANHOLTINUS GUESTPHALIAE

INSTITUT

HALIS SAXONUM
FORMIS DESCRIPSERUNT KARRAS, KRÖBER ET NIETSCHMANN
MCMXXXII

Bibliothèque Maison de l'Orient
154606

De dissertatione probanda ad philosophorum ordinem rettulerunt
Otto Kern et Georgius Karo

---

Examen rigorosum superavi a. d. VIII id. Maias anni MCMXXIX.

# Ottoni Kern

auctori fautori adiutori

sacrum

INSTITUT · CO... ABY

# Praefatio.

Postquam Fridericus Hiller de Gaertringen vir de Therae historia, religione, arte unice meritus de deis deabusque ibi cultis — *Klio* I 1901 p. 212 ss. — in universum egit, Ottone Kernio praeceptore monente omnia testimonia collegi cum Therae tum ea quibus illa optime illustrantur.

# Argumentum.


| | pag. |
|---|---|
| Iuppiter | 1 |
| Cures | 13 |
| Juno | 15 |
| Neptunus | 15 |
| Minerva | 17 |
| Apollo | 20 |
| Diana | 30 |
| Vulcanus | 34 |
| Venus. Amor | 35 |
| Mars | 36 |
| Mercurius | 38 |
| Bacchus | 41 |
| Ceres. Proserpina | 46 |
| Pluto | 47 |
| Vesta | 48 |
| Aesculapius | 50 |
| Salus. Chiro | 51 |
| Tellus. Deorum Mater | 52 |
| Damia | 53 |
| Ilythyia | 54 |
| Themis | 54 |
| Furiae | 55 |
| Nymphae | 56 |
| Musae. Harmonia. Spes | 56 |
| Gratiae. Horae | 57 |
| Sol | 57 |
| Dioscuri | 58 |
| Dea, Sancta, Virgo Leria. Deus | 59 |
| Dei | 60 |
| Fortuna | 62 |
| *Δαίμων* | 63 |
| Hecata | 64 |
| Priapus | 65 |
| Victoria | 65 |
| Parcae. Pax | 65 |
| Dei Aegyptii | 65 |
| Heros. Heroïna | 66 |
| Hercules | 69 |
| Venti | 70 |
| *Μὴ θίγγανε* | 71 |
| Biris | 71 |
| Hyacinthus | 71 |
| Concordia | 72 |
| Fides. Orpheus. Audnaeus | 72 |
| Mithras | 72 |
| Angeli | 73 |
| Ptolemaei | 73 |
| (Ptolemaeae) | 74 |
| **Imperatores Romani** | 75 |

# Juppiter.

Iovis nomen Ξεύς[1]) quater (350—353) sine accuratiore significatione litteris antiquissimis rupi apud fanum Apollinis Carnei incisum est locum venerationis summi dei indicans et semel prope epheborum gymnasium in summo urbis monte situm Ξηύς 1313; ibidem 425 *Ζηύ[ς]* saec. IV. — par nominis forma occurrit bis Cyrenae Ferri *Contrib. di Cir.* p. 9 b et b'. Praeterea occurrit *Ζεύς* 426 saec. III in fori parte meridionali et 1358 s. II apud *S. Marinae* ecclesiam.

Dedicantis nomen nomini Iovis postscriptum:

*Ζεὺς [Ἀ]γασικλεῦς* 399 et Suppl. p. 292 s. fere IV^a in titulo invento infra epheborum gymnasium,

*Ζεὺς τ[ῶ]ν περ[ὶ Α]άκιον* 1317 s. IV^a in titulo inciso rupi prope Laconicum, quod est in epheborum gymnasio.

*[Ζ]εὺς Τύχωνος* 401 s. f. IV^a, quibus *Ζεὺς Σωσι* . . . 400 s. f. IV^a haud scio an addendus sit. Qui duo tituli infra epheborum gymnasium reperti sunt.

Dedicantis nomen est praepositum titulo *Ἐχεκράτευ[ς] Ζε[ύ]ς* 1315 s. f. IV^a infra epheborum gymnasium rupi inciso.

Inveniuntur multi tituli, in quibus Iovis vis uno aut duobus cognominibus appositis significata est quater quinquiesve cum dedicantium nomine postposito: 1318. 1316. 1345. 430. (1393).

Unum cognomen Iovi attribuitur titulo:

*Ζεὺς Ἀ[-γαμέμνων -γήτωρ -γοραῖος -γχέσμιος -ἰγίοχος -ἰτναῖος -κραῖος -λάστωρ -λτιος -μάριος -μβούλιος -μμων -ναδώτως -πεσάντιος -πήμιος -ποβατήριος -πόμυιος -ποτροπαῖος -ρβιος -ρειος -σεις -σιος -σκλήπιος -στράπτων -ταβύριος -ὑαντήρ -φέσιος -φριος -φροδίσιος -χαιός* aliave*] τῶν περὶ Ὀλ[υμ]πιόδωρον* 1318 s. III^a prope Laconicum.[2]) Juppiter invocatur *Ἀγαμέμνων* Spartae schol. Lyc. 1123 s. IV^a, Clem. Alex. Protr. p. 33 Pott. Athenagor. Presbeia 1. Eustath. ad Iliad. p. 168, 10 ss. Lapersis in pago Laconico schol. Lyc. 1369 s. IV^a. *Ἀγήτωρ* Spartae Xenoph. Resp. Laced. script. min. XIII 2. 3. *Ἀγοραῖος* Athenis IG I² 34, 5 med. s. V^a, Aeschyl. Eum. 974, Aristoph. Equit. 410 s. V^a et schol. Arist. Equit. 500 s. IV, Plut. Moral. III 43 c. 20 (589 E) Hesych. s. v., Spartae Paus. III 11, 9,

[1]) De forma Ξ = ζ cf. infra p. 13.

[2]) Littera A in delineatione ab Hillero praebita perspicua est. De cognominibus cf. Preller-Robert I⁴ p. 958.

Olympiae ibid. V 15, 4, Thebis ibid. IX 25, 4; apud Aenianes Theophr. *περὶ συμβολαίων* apud Stobaeum Floril. XLIV 22, apud Eurytanes IG IX 1. 429 s. II$^a$, Alalcomenis *RA.* XXVI p. 29 s. II$^p$ Baege De Macedonum sacris diss. Hal. XXII 1 p. 13, Thasi IG XII 8. 361 s. IV$^a$, in Creta *Mus. It.* III 563$_1$. 657$_{73}$ s. III$^a$. Head HN$^2$ p. 479 aet. Ant., Nicaeae Mionnet II 452, Selinunte Herodot. V 46. *Ἀγχέσμιος* Athenis Paus. I 32, 2. *Αἰγίοχος* in Laconia IG V 1. 238 s. III$^a$, Thebis Pind. Isthm. IV 58 s. V$^a$, Pari IG XII 5. 215 s. V$^a$, in Creta schol. in Oppian. Halieut. III 10, in Italia IG III 6208 s. I$^a$/I$^p$, in Sicilia Empedocles frg. 142 Diels. Cyrenae *Notiziario* III p. 7 ss. fig. 1—3. 9. *Αἰτναῖος* in Sicilia schol. Pind. Ol. VI 58 a. 162 a, Nem. I 7 b s. IV$^a$. *Ἀκραῖος* Magnesiae (Thess.) IG IX 2. 1103$_{78}$. 1105$_6$. 1109 ter s. II$^a$. 1108$_6$. 1110$_7$. 1128 s. II/I, in Athamania Livius XXXVIII 2. Head HN$^2$ p. 300 aet. Aug., ad Pelium montem Pseudo-Dicaearch. F *Hist. Gr.* II 262 [1]) ed. Mueller. Corope IG XII 2. 1109 s. II$^a$. Philippopoli Head HN$^2$ p. 295 s. IV$^a$. Gomphis ibid. p. 295 s. IV$^a$. Trapezunte Nicol. Damasc. 90 F 31 F *Gr. Hist.* II a p. 344 Jacoby s. I$^a$/I$^p$. Temni (Aeol.) Head HN$^2$ p. 557 s. I$^a$/I$^p$. Magnesiae (Ion.) ibid. p. 583 aet. Rom., Smyrnae IG II 3146 s. II$^p$, Head HN$^2$ p. 594 s. I$^a$. Halicarnassi *LW.* 501 CL Rev. XXI 47 s. I$^{a/p}$, in Sicilia IG XIV 203 s III II; *Ἀσκραῖος* Halicarnassi Apollon. hist. mir. 13 (Paradox. ed. Westermann), in Lydia Plut. Mor. III 33 c. 4 (501 E). *Ἀλάστωρ* in Graecia Apollod. *περὶ θεῶν* frg. 150 a F *Gr. Hist.* Jacoby (II b 1086), Cornut. 10 p. 10, 20. *Ἄλτιος* Olympiae schol. Pind. X 55 c s. IV$^a$. *Ἀμάριος* Orchomeni IG V 2, 344 s. III$^a$. Aegii Pollux V 93, 10. *Ἀμβούλιος* Spartae Paus. III 13, 6. *Ἄμμων* Athenis IG II 741 s. IV$^a$. II$^2$ 338. 410 s. IV$^a$. 1282 med. s. III$^a$. Aphyti (Pall.) Head HN$^2$ p. 210 s. IV$^a$. Plut. Lys. XX Paus. III 18, 3. Steph. Byz. s. v. *Ἄφυτις* Baege p. 16. Teni Head HN$^2$ p. 493 s. IV. Nisyri l. c. p. 635 s. IV. Rhodi '*Lindos*' I p. 29. Lesbi Head HN$^2$ p. 562 s. II/I. Thymbris (Troas) ibid. p. 550 s. IV. Chalcedone Syll. III$^3$ 1011 s. III II, Cyzici Head HN$^2$ 524 s. V$^a$, ad Anamin Nearch. apud Strab. F *Gr. Hist.* 133 F$_1$ c. 35 II b p. 700 Jacoby, in Phrygia BCH. VIII p. 502 n. IX

---

[1]) *Ἀκταῖο(ς)* codd. *Ἀκραῖο(ς)* Osannus et Fuhrius.

s. II/I, ad Hydaspem Arrian. an. VI 3, 2, in Creta Head HN$^2$ p. 458 s. IV, p. 462 s. III. Jubae I (Num.) l. c. p. 885 s. I$^a$; in Aegypto Arrian. an. III 4, 1 Frg. *Sabbait.* F 151. F *Gr. Hist.* II b 821 Jacoby; Cyrenae Head HN$^2$ p. 866 med. s. VI$^a$—V, Herodot. II 32. 55, schol. Pind. Pyth. IV 28. IX 90 c. d. *Ἀναδώτως* Arcesine IG XII 7. 91 s. III$^a$. *Ἀπεσάντιος* apud Nemeam Paus. II 15, 3. *Ἀπήμιος* Athenis Paus. I 32, 2, Deli IG II 2374 s. I$^a$/I$^p$. *Ἀποβατήριος* Olympiae *IvO.* 57$_{35}$ s. II$^p$, ad Hellespontum Arr. an. I 11, 7. *Ἀπόμυιος* Olympiae Paus. V 14, 1. *Ἀποτροπαῖος* Epidauri IG IV$^2$ 290 s. III$^a$. Hyampoli IG IX 1. 134 aet. antiquiss. Arcesine IG XII 7. 88 s. IV$^a$, Erythris Syll. III$^3$ 1014 b s. III$^a$. *Ἄρβιος*, in Creta Steph. Byz. s. v. *Ἄρβις*. *Ἄρειος*, apud Eleos Paus. V 14, 6. *Ἀσεις* Laodiceae Head HN$^2$ 679 aet. Rom. *Ἄσιος* in Creta Steph. Byz. s. v. *Ἀσκλήπιος* Epidauri IG IV$^2$ 399 s. III$^p$. *Ἀστράπτων* Laodiceae *AM.* XIII p. 235 s. III/II, Therae 1359 vel *Ἀστεροπητής* in Mysia IG II 3538 s. I$^a$/I$^p$ vel *Ἀστραπαῖος* in Bithynia Suppl. Ep. Gr. II 665 s. II$^a$. *Ἀταβύριος*, Rhodi Apollod. bibl. III c. 13, Polyb. IX 27, 7 (Pind. Ol. VII 87), in Sarmatia IG II 2103 b s. II$^a$. *Αὐαντήρ* prope Athenas IG IV 2. 1074 a s. IV$^a$. *Ἀφέσιος* prope Megara IG XII 3494 aet. antiquiss., Paus. I 44, 9. Argis Arrian. 156 F 16 F *Gr. Hist.* II b p. 855 Jacoby. *Ἄφριος* Pheris Cauer-Schwyzer Del.$^3$ 574 s. III$^a$. *Ἀφροδίσιος*, Pari IG XII 5. 220 s. III$^a$. *Ἀχαιός* Coi Paton-Hicks 41 a s. V$^a$.

*[Ζεὺς Βου]λαῖος* 1393 s. I$^p$ populo dedicante in theatro Romano occurrit. Idem cognomen deo est attributum Athenis Antiphon. VI 45, schol. Aeschin. II 45 s. IV$^a$, IG III 1. 272. 683. 1025$_{16}$. II$^2$ 1055$_{26}$ aet. Rom., Paus. I 3, 5. Spartae IG V 1. 62, 1. 1179 s. II$^p$. Mantineae IG V 2. 289 s. IV$^a$. Deli IG XI 2. 287$_{69}$. Myconi Syll. III$^3$ 1024 s. III$^a$. Amorgi IG XII 7. 76 s. IV$^a$. 77 s. III$^a$. Lesbi Head HN$^2$ 562 s. II$^p$. Thasi BCH. LII p. 57 s. III$^a$. Chalcedone Syll.$^3$ III 1011 s. III$^a$. Elaeae (Aeol.) *OGIS.* I 332, 49 s. II$^a$. Pergami *IvPr.* 246 s. III$^a$, prope Prienem *IvPr.* 139 s. V/IV. Antiochiae ad Maeandrum Head HN$^2$ 608 s. II$^p$. Mileti IG II 2909 aet. Rom., in Caria IG II 2909 s. III, in aliquo oppido Graeciae accuratius non significato in iure iurando in coenobio Laurissensi a. 1562 reperto (Fr. Jacoby *Πάντες Θεοί* diss. Hal. 1930 p. 21 sq.); cf.

schol. ad Lycophr. 435. Thuriis IG XIV $641_2$ s. III[a]. Romae IG XIV 1259 aet. Rom. *Εὐβούλας* Epidauri IG IV² 518 s. II[p], denique *Εὐβουλεύς* Mantineae BCH. XX p. 133 aet. Rom., Deli IG XI 2. $287_{69}$ s. III[a] *Inscr. de Délos* $290_{88.\ 91}$. 291 $b_{23.\ 24}$. $316_{122}$ s. III[a]. Pari IG XII 5. $227_3$ s. I[a]. Cyrenae Hesych. s. v. *Εὐβουλεύς.*[1])

Duo cognomina deo attributa sunt titulo *Ζεὺς Βροντῶν καὶ Ἀστράπτων* 1359 s. I[a] infra forum dedicantis nomine omisso. Tituli similes occurrunt praecipue in Asia Pergami IG II $3538_{18}$ s. II/III, Dorylaei IG III 3819 s. III[a]. 3810 s. II/I. 3817 b. 3822 aet. imp. Rom. *AM.* XIX p. 311 s. III/II. *JHS.* V p. 256 n. 6. 7, p. 258 n. 10 s. II/I, in Bithynia Suppl. Ep. Gr. II 665 s. II[a]. Nacolaeae *JHS.* III p. 123 s. III/II, BCH. XX p. 107 n. 1, p. 108 n. 2 s. II/I. *Βροντήσιος* vocatur Juppiter Ancyrae IG III 4135 s. III/II. 4040 $I_9$. $VII_{21}$ aet. Aug., in Paphlagonia BCH. XXI p. 95 n. 7 s. II[a]. Mionnet *Descr.* 520. Preller-Robert, *Griech. Mythol.* I⁴ p. 118. Sine nomine Iovis invenitur *Βρονταῖος* prope Constantinopolim *AM.* VI p. 135 s. II[a], denique Romae IG III 5931, IG XIV 982. 983 s. I[a], Cassius Dio LIV 4. Utrumque cognomen eiusdem ordinis ac Therae invenitur Laodiceae *AM.* XIII p. 235 n. 1 s. III/II.

Rursus unum cognomen datur *Ζεὺς Καταιβάτα(ς)* 1360 s. II[a] sine dedicantis nomine infra forum; quo cognomine deus colitur Athenis Apollodor. *Περὶ θεῶν* n. 244 F 120 II b p. 1076 Jacoby (II b 1076), schol. ad Aristoph. Pac. 42 s. IV[a], IG II 5. 1659 b p. 265, 1659 e p. 304 s. IV/III, 1672 b p. 266 s. I[a], Plut. Demetr. X s. II[p], Olympiae Paus. V 14, 10. Meli IG XII 3. 1093 (1094) s. IV/III. Pari IG XII 5. 233 s. I[a].[2]) Cyrrhi Head HN² p. 777 aet. Traian, in universum apud Graecos Pollux IX 41.

*Ζεὺς Κτή(σιος)* 1361 s. III/II ad urbis clivum in ara, cum dedicantis nomen desit, cultus est. Eundem invenimus Athenis IG III 2. 3854 s. II[a]. Hyperid. apud Harpocrat.: *Κτησίου Διὸς ... Κτήσιον Δία ἐν τοῖς ταμιείοις ἱδρύοντο.* Piraei Antiphon I 16. 18, Isaeus VIII 16, Oracul. apud Demosth. XXI 53 s. IV[a]. Phlyis Paus. I 31, 4. Epidauri IG IV² 465 s. I/II. Thespiis

---

[1]) De sacrificio suillo deo sacro cf. Lucian. schol. p. 275, 27 ed. H. Rabe; cognomen ipsum explicat Diodorus V 72: ... *Εὐβουλέα δὲ καὶ μητιέτην διὰ τὴν ἐν τῷ βουλεύεσθαι καλῶς σύνεσιν.*

[2]) Hoc titulo forma quoque Ionia *καταιβάτεω(ς)* affirmatur.

cum angue in columna caelato s. IV[a] *Dict. des Ant.* III p. 701 fig. 4216, Syri IG XII 5. 670 s. II/I, Anaphae IG XII 3. $248_{13 \cdot 15}$ s. II[a] (sine nomine Iovis), ad Pangaeum montem Syll. III[3] 991 s. IV/III[a], Tei IG II 3074 s. II[a], in Caria Phrygiaque Suppl. Ep. Graec. II 538, 9 s. II[a], BCH. XII p. 269 n. 54 s. II[p]. VIII p. 503 s. II/I.

Accedit *[Z]εὺς τᾶ[δε] Μηλίχι[ος]* 406 s. IV[a] infra epheborum gymnasium sine dedicantis nomine, cum dedicantium nominibus *Ζεὺς Μηλίχιος τῶν περὶ Πολύξενον* 1316 s. IV/III prope Laconicum.[1]) Quo cognomine, cuius forma Attica usitata *μειλίχιος* est, apparet Juppiter Athenis IG I[2] 840 $A_3$[2]) s. V[a], Thucyd. I 126 s. V[a], schol. Aristoph. Equit. 500. Nub. 408 s. IV[a], IG II 3. 1584. 1585[3]) s. III[a]. Plut. Moral. p. 458 B s. II[p], schol. Lucian. Tim. c. 7. Icarom. c. 24, ad Cephisum fluvium Paus. I 37, 4, Piraei IG I[2] $866_2$[2]) s. V[a], BCH. VII p. 507 s. III[a],[3]) p. 508/9 n. 1.[2]) n. 7[2]) (cum angue) s. III[a], p. 509 n. 6[3]) s. III/II, in Attica Xenoph. Anab. VII 8. 4 s. IV[a], fortasse Epidauri IG IV[2] 282 s. III[a].[2]) Argis Paus. II 20, 1. 2. Phliunte Xenoph. Anab. VII 8. 4 s. IV[a]. Sicyone Paus. II 9. 6. Tegeae IG V 2. 90 s. IV[a].[4]) Pellene[4]) Suppl. Ep. Gr. III 329 s. V[a]. Orchomeni IG VII 3169 s. III[a]. Thespiis ibid. 1814 s. III/II[5]), Larisae IG IX 2. 578[3]) s. I[a]/I[p], prope Thebas Phthiotid. ibid. 145 s. III/II[3]), Chalcide IG II 2150 s. II[a], Andri[3]) IG XII 5. 727 fin. s. V[a]. Arcesine IG XII 7. 89. 90[3]) s. III[a], Nisyri IG XII 3. 96 s. II[a]. 95 s. I[a] ($104_{15}$). Chii *Χιακτ.* Paspates p. 421 cf. adn. 2 infra. Cnidi *BMI.* IV 1, 817 aet. Rom., Ephesi[6]) Suppl. Ep. Gr. IV 529 s. III[a], Selinunte *Mont. Ant.* XXXII p. 155 ss. tab. 96. 97, 4 p. 381 ss. s. I, denique Cyrenae s. V[a] Ferri *Contrib. di Cir.* p. 13 b) tab. $X_4$,[7]) Ud. de Wilamowitz *Hermes* LXV p. 257. Epitheton *Μειλίχιος* significat saepe idem ac *Μαιμάκτης* — Hesych. s. h. v. s. V[p]

---

[1]) *Klio* I 216.

[2]) Antiquior forma Ionia *μιλίχιος* incisa est, cf. ibid. 866: in vico *Ambelokipi Ἐφ. ἀρχ.* 1889 p. 51 s. V[a].

[3]) Affirmatur forma Attica *μειλίχιος*.

[4]) Alia forma *μελίχιος* vel *μελλίχιος* apud Aeolos usitata est Brugmann-Thumb, *Griech. Gr.* 86.

[5]) Quo titulo forma brevis *μίλιχυς* adhibita est, cum praecedente titulo 3169 forma dialectica *μελίχιυς* et *μείλιχυς* in usu sit. Cf. et. *Ἐφ. ἀρχ.* 1890. *πίν.* 7 Preller-Robert I[4] 130 adn. 4 imagine exhibita.

[6]) Cf. adn. 2 supra. [7]) Eadem vocis forma ac Therae: *μηλίχιο(ς)*.

— aut *καθάρσιος*. Juppiter *Μαιμάκτης* invocatur in India Plutarch. Moral. III c. 9 p. 458 B, Naxi[1]) IG XII 5, 47 s. f. II$^{a}$.[2]) *Καθάρσιος* Olympiae Paus. V 14, 8 in Lydia Herodot. I 44.

Iam sequitur, cum alia cognomina Iovi attributa velut *Μαχανεύς*, *Μέγιστος*, *Μηλώσιος*, *Μοιρηγέτης* desint, *[Ζεὺς Ξ]ένιο(ς)* 428 s. f. V$^{a}$ sine dedicantis nomine supra Basilicam cultus. Iovis autem Hospitalis[3]) cultus loci sunt Athenae IG I$^{2}$ 886$_{2}$ s. V$^{a}$, apud Alcidamant. Odyss. 18, ed. Blass. Demosth. Epist. E$_{1}$ schol. Arist. Equit. 500 s. IV$^{a}$. IG II$^{2}$ 1012$_{13.16}$ s. II$^{a}$, IG III 1. 199 s. II$^{a}$, Sicyon Plut. Arat. 54, Epidaurus IG IV$^{2}$ fortasse 291 s. f. IV$^{a}$. 523 s. II$^{p}$. Sparta Paus. III 11, 11, fortasse quoque Philostr. Vita Ap. IV 31 s. II$^{p}$, Orchomenus Xenoph. Anab. III 2, 4, in Aetolia apud Phlegon. Trallian. in F *Gr. Hist.* ed. Jacoby 257 F 36 I, 11 s. II$^{p}$, cf. Alex. Aetol. apud Parthen. narr. amat. XIV insularum Aegina Pind. Ol. VIII 22, Nem. V 33 s. V$^{a}$, schol. Pind. Nem. V 58 b s. IV$^{a}$, Tenedus Pind. Nem. XI 8, Rhodus IG XII 1, 161 s. IV$^{a}$, Asiae Miletus apud Parthen. narrat. amat. XIV. XVIII, in Phrygia BCH. VIII p. 502. XI s. II/I, in Persia Phlegon. 257 F 36 F *Gr. Hist.* II b p. 1171 Jacoby, Romae IG XIV 990 s. II$^{a}$, denique Cyrenae Theaetet. *A.P.* VII 499 Geffcken *Gr. Epigr.* 242 s. III$^{a}$. Cf. Od. ι 270 sq. ξ 284. Damagetum *A.P.* VII 540 Geffcken *Gr. Epigr.* n. 327 s. III$^{a}$, schol. Luc. Gall. c. 2.

In Artemidori fano prope aquilae anaglyphum[4]) invocatur *Ζεὺς Ὀλύμπιος* 1345 s. III$^{a}$ ab Artemidoro deo gratiam summam habente. Cuius dei cultum per totam Graeciam, maris Aegaei insulas Asiamque diffusum esse inter omnes constat. Testimonii causa nominentur cultus hi loci: Athenae IG I$^{2}$ 310 (quater), Thucyd. II 15. Syll. I$^{3}$ 181$_{5}$, IG I$^{2}$ 333$_{15}$. 112$_{7}$. Demosth. XXIV 121 s. IV$^{a}$, Polyb. XXVI 1, 11, Paus. I 17, 2. 18, 6. 19, 1. II 27, 2 schol. Luc. Icarom. c. 24 Cass. Dio. LIX 16, 1, Thespiae IG VII 2192 s. II$^{a}$, Delphi Herodot. VII 141 s. V$^{a}$, Corinthus

---

[1]) Paro vindicat per errorem Udalricus de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 227 adn. 2.

[2]) Preller-Robert I$^{4}$ 131.

[3]) Huius dei cultus explicatur fabula a Demone apud Athen. III 96 d narrata.

[4]) De aquila cf. BCH. VIII p. 501, III s. II$^{a}$. Eustath. Hom. Il. α 206 p. 86, 34. F *Gr. Hist.* 244. F 354, 8 (II b p. 1125) ed. Jacoby, Plut. Dion. 29.

Paus. II 5. 5. III 9, 2, Nemea schol. Pind. Isthm. VII 4 s. IV$^{a}$, schol. Luc. Icarom. c. 24 de sacris 11; Epidaurus IG IV$^{2}$ 384 s. II$^{p}$. 524. IV$^{1}$ 691 aet. Rom.; Hermione IG IV$^{1}$ 682$_{5}$ s. III$^{a}$; Sparta IG V 1. 406. 445 s. II$^{p}$, Paus. III 12, 11. 14, 15. V 24, 3 apud Dores Strabo 333. Messeniae cf. Alcaeum Mess. *A. P.* IX 518 Geffcken l. c. 324. Phigalia Paus. 42, 8. 9, Lepreum (El.) Thuc. V 50; Pisa Herodot. II 7 s. V$^{a}$. Olympia IG V 1, 1562 s. VI$^{a}$. *IvO.* 1896, index p. 827 s. V$^{a}$ usque ad s. III p. Chr. n., IG V 1. 1562. 1563 s. VI/V ibid. 1568 s. V$^{a}$, Xenoph. Hist. gr. III 2. 26. 31, schol. Pind. Ol. V 10 a s. IV$^{a}$, *OGIS.* I 26, 4 s. III$^{a}$. 27. 151, 4 s. III/II, Polyb. XXXIX 17, 1, Paus. II 5, 5. III 14, 5. IV 31, 6 schol. Luc. Rhet. praec. c. 9 bis s. III$^{p}$; apud Eleos Thucyd. V 31 s. V$^{a}$. Xenoph. Hist. gr. III 2, 31; schol. Pind. Isthm. II 34 a, Aristoph. Pac. 605 s. IV$^{a}$, Head HN$^{2}$ 426 aet. imp.; ad Olympum montem Herodot. IX 81, Plut. fr. inc. 150, Moralia VII 180, Solin. VIII 5 s. III$^{p}$, Seleucia (Pier.) *OGIS.* I 245 bis s. II$^{a}$, Aegae Arr. anab. I 11, 1. Philostr. II 43, 94, Chalcis IG I$^{2}$ 39 bis s. V$^{a}$; insularum: Aegina schol. Pind. Isthm. VI 10 b s. IV$^{a}$, Arcesine IG XII 7. 95 aet. Rom., Eresus IG XII 2. 540 eiusd. aetat., Naxus IG XII 5. 49 s. III/II, Telus IG XII 3. 40 s. I$^{p}$. Lesbus IG XII 2. 184—197. 206. 209. 656 aet. Rom., Thasus BCH. LII p. 61. Ithaca Od. ψ 140; Asiae urbium: Smyrna Head HN$^{2}$ p. 594. Ephesus ibid. 577 s. I$^{p}$. Priene *IvPr.* 28$_{30}$. 188$_{254}$ s. IV/III. 189 s. III$^{a}$. 187. 190. 191 s. II$^{a}$. 113 bis. 114$_{24}$ s. I$^{a}$. Miletus *AM.* V p. 335. Halicarnassus BCH. XVIII p. 18 s. II$^{p}$. Sardes Arrian. anab. I 17. 5; Lydiae Head HN$^{2}$ 652 s. I$^{a/p}$, IG 3036 s. II$^{p}$. Pergamum (Mys.) *OGIS.* II 764 bis s. II$^{a}$. Mylasa *LW.* 363. 364. Prusa (Bithyn.) Head HN$^{2}$ 517 s. I$^{a}$; Italiae: Roma IG XIV 1293 A$_{64}$ s. II$^{a}$. Cassius Dio LIX Plut. Sulla 14, Siciliae Kern *Orph. Fr.* 47 s. IV/III, Polyb. IX 27. 9 s. III/II, Diodor. XIII 82, IG XIV 7 s. III/II, 3 s. I$^{a/p}$, denique Africae Alexandria *OGIS.* I 65 s. III$^{a}$, Head HN$^{2}$ 862 aet. Rom.

Iam sequitur titulus *Ζη[ὺς] Π[ατρῷος* sive *-ολιεύς]* 375 s. IV$^{a}$ sine dedicantis nomine prope Carneum; cognomine *Πατρῷος* audit Juppiter Athenis schol. Aristoph. Nub. 1468, Delphis BCH. XIX 5. 69 s. V/IV.[1]) Spartae et in Peloponneso

[1]) Cf. Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 335 adn. 3.

Apollodor. bibl. II c. 177 s. II/I. Tegeae IG V 2. 63 aet. Rom., Olympiae Dion. Olympicus 42, Alalcomenis Steph. Byz. s. v. *Ἀλαλκομένιον* s. V$^{p}$. Pellae Plut. Demetr. 42, ad Pangaeum montem Syll. III$^{3}$ 991 s. IV$^{a}$. Istropoli Syll. II$^{3}$ 708 s. II$^{a}$, in insulis: Chii Syll.$^{3}$ 987 s. IV$^{a}$, Rhodi IG XII 1. 769 s. III$^{a}$, 705, 16 s. f. III 890 bis s. II$^{a}$, fortasse 770. 771 s. II$^{a}$, 787. 824$_{7}$ s. II$^{a}$. 833$_{9}$. 840. 842 s. I$^{a}$, Anaphae IG XII 3. 262 s. IV$^{a}$, in Asia: Ephesi Suppl. Epigr. Gr. IV 524 s. V$^{a}$. 525 s. IV/III, Telmessi *JHS*. XVI 234 n. 36 s. III$^{a}$, Halicarnassi Benndorf-Niemann *Reisen* 11 n. 2 s. IV$^{a}$. *Anc. Gr. Inscr.* IV 894 aet. imp., Dorylaei *OGIS.* II 479 aet. imp., apud Persas Xenoph. Cyrop. I 6,1.

Multo saepius Juppiter nominatur *Πολιεύς* Athenis IG I$^{2}$ 262$_{47}$ s. V$^{a}$. IG II 5. 1550 b p. 261 s. IV$^{a}$, schol. Demosth. in Mid. 30 (or. 21) 578 p. 649 ed. Dindorf, schol. Aristoph. Pac. 419 (ibid. *Διπόλεια* 420) s. IV$^{a}$, IG III 1. 242 aet. Rom., Paus. I 24, 4. 28, 10, Deli IG XI 4. 559. 1053$_{19}$ s. III$^{a}$, Rhodi IG XII 1. 21. 32$_{13}$. 705$_{16}$. 808$_{4}$. 809$_{3}$. 811. 812. 813, chronic. Lind. 725 BI s. III$^{a}$, IG XII 1. 786$_{6}$. 814. 818$_{7}$. 820. 826. 829$_{2.\,22}$ s. II$^{a}$, 815$_{5}$. 821. 822. 823. 824. 827. 828 s. I$^{a}$. 833. 839 s. 1$^{a}$. 840$_{11}$, denique Syll. II$^{3}$ 765 s. I$^{a}$, Teli Head HN$^{2}$ p. 642 s. IV$^{a}$, Suppl. Ep. Gr. III 719, IG XII 3. 40$_{9}$ s. f. II$^{a}$, Ii IG XII 5. 8$_{2}$ s. III$^{a}$, Coi Paton-Hicks 37 bis. 38 s. IV/III. 125 s. I/II, Amorgi IG XII 7. 387$_{23}$ s. III$^{a}$, in Creta Xenag. chron. I 240 F$_{2}$ F *Gr. Hist.* ed. Jacoby s. III$^{a}$, Cypri IG II 2640 s. f. III$^{a}$, in Asia: Ilii IG II 3599$_{24}$ s. III/II, Xenagor. chron. synt. 240 F$_{3}$ F *Gr. Hist.* II b p. 1005 Jacoby, Hegesias Rhodi encom. 142 F$_{1}$ ibid., Gorgon de Rhodo I, Nicasylus chron. synt. III. (II b p. 1006), Aeelurus de bello contra sex Haliadas, Phaennus de Lindo, Gorgosthenes et Hierobulus in epistula ibid., F *Gr. Hist.* ed. Jacoby II b p. 806$_{46}$ (142 F$_{1}$) s. III$^{a}$, Suppl. Ep. Gr. IV 664 B$_{25}$ s. I$^{a}$. Thebis ad Maeandrum *IvPr.* 364 s. f. III$^{a}$. Sardibus *OGIS.* II 437$_{91}$ s. I$^{a}$, IG II 3461, 3. 4, denique in Africa: Alexandriae Aelian. Nat. an. 11, 40 s. II$^{p}$, in Aegypto Geffcken *Gr. Epigr.* 357 b$_{2}$ s. II$^{p}$ et fortasse Cyrenae Ferri *Alc. iscr. di Cir.* SB. *Berl. Ak.* 1925 n. 5 IV p. 32, 27 s. III$^{a}$.

*Ζεὺς Σωτ(ήρ)* 1365 s. f. III$^{a}$ sine dedicantis nomine in urbis parte septentrionali repertus est. Praeter hunc titulum idem deus Therae sine dedicantis nomine bis commemoratur prope ecclesiam christianam 1364 et 1363 supra theatri portam

superiorem. Juppiter saepissime *Σωτήρ* vocatur e. g. Athenis Aeschyl. Suppl. 26 frg. 55 s. V$^{a}$, Demosth. prooem. LIV. Lycurg. Or. contra Leocrat. I 17. 136. Lysias XXVI 6. Isocr. 128, 48. Xenoph. Anab. III 2. 9 Aristoteles *Ἀθ. πολιτ.* 56, 5 s. IV$^{a}$, IG II$^{2}$ 410$_{18}$. 448$_{70}$. Syll. III$^{3}$ 1029 bis schol. Aristoph. Ran. 738, Plut. 1175. Pac. 300 s. IV$^{a}$, IG II$^{2}$ 333 C$_{13}$. 676$_{11}$. 680$_{7}$. 689 ter. 690$_{4.6}$ s. III$^{a}$ ibid. 1008$_{21}$ s. II$^{a}$. 1030$_{23}$. 1035$_{16}$ s. I$^{a}$. Piraei IG II$^{2}$ 380$_{21-31}$ s. IV$^{a}$. 783$_{6-7}$ s. III$^{a}$. Strabo IX 395 s. I$^{a}$. Oropi IG VII 411 s. II$^{a}$. Plataeis Plut. Arist. 11. Hesych. s. v. *Ἐλευθέριος* s. V$^{p}$, Orchomeni IG VII 3206 s. IV$^{a}$. Acraephiae ibid. 2727 s. I$^{a}$, 2713 s. I$^{p}$. Sicyone Plut. Arat. 53. Nemeae schol. ad Pind. Isthm. VI 4. 10 a s. IV$^{a}$. Cleonis Apoll. bibl. II c. 74. Mycenis ibid. II c. 75. Argis Paus. II 20, 6. Naupliae Soph. fr. 928 V$^{a}$ schol. ad Pind. Isthm. VI 10 a s. IV$^{a}$. Epidauri IG IV$^{2}$ 294 s. III$^{a}$, 295. 296 s. II$^{a}$, 516 s. I$^{p}$, 399. 742$_{47}$ s. II/III, Epid. Limerae Paus. III 23, 10, Ptolem. III 14, 32. Trozene Paus. II 31, 10. Spartae IG V 1. 403. 407—444 aet. imp. Rom., Messenae Paus. IV 31, 6, IG V 1. 1440 s. II$^{p}$, Coronae Paus. IV 34, 6. Megalopoli IG V 2. 432 s. IV$^{a}$, 435$_{10}$ s. II$^{a}$, Paus. VIII 30. 10. Mantineae ibid. VII 9. 2. Olympiae *IvO.* 270 s. V$^{a}$, in Elide Paus. V 5, 1. Aegii ibid. VII 23, 9. Ambraciae IG I 1798, Pharsali IG IX 2. 237. 238 s. III/II, apud Macedones Arrian. Anab. I 4. 5, *OGIS.* II 733$_{6}$ s. II$^{a}$; in insulis: Aeginae Pind. Isthm. VI 8. Calauriae IG IV 846, 6 s. III$^{a}$. Eretriae (Eub.) IG XII 9. 53, 2 s. III/II. Teni IG XII 5. 913, 9 s. II$^{a}$. Deli IG XI 4. 559, 23 s. III$^{a}$. *Inscr. de Dél.* 371 A 53 s. III/II. Naxi IG XII 5. 51 s. I$^{a}$. Cinari IG XII 7. 510 s. f. IV$^{a}$. Amorgi ibid. 93 s. III$^{a}$, 428 s. f. II$^{a}$, 92 s. I$^{a}$. Astypalaeae IG XII 3. 194 s. I$^{a}$/I$^{p}$. Itani (Cret.) *OGIS.* I 119, 7 s. III$^{a}$. Rhodi IG XII 1. 32$_{3}$ s. IV$^{a}$, 41$_{11}$ s. I$^{a}$. Suppl. Ep. Gr. III 678 s. III/II. Coi *Inscr. of Cos* Paton-Hicks 34, 4. 43 b$_{11}$ s. III$^{a}$. Lesbi IG XII 2. 498, 18 s. III$^{a}$. Thasi BCH. LII p. 61 aet. Rom., Panii ad Thraciae oram *OGIS.* I 301, 9 s. II$^{a}$, in Asia: prope Elaeam ibid. 332 ter s. II$^{a}$. Prienae *IvPr.* 11$_{28}$ s. III$^{a}$. Mileti *AM.* V 335 s. III$^{a}$, Syll. II$^{3}$ 623$_{20}$ s. II$^{a}$. Alindae *JHS.* XVI 242 n. 39 s. II$^{p}$, in Caria: Hesych. s. v., Didymis *OGIS.* I 214 s. III$^{a}$. Halicarnassi *BMI.* IV 814, BCH. XVIII p. 18, 1 sq. aet. imp., Telmessi ibid. 55 bis s. III$^{a}$, in Asia interiore: Carmaniae Nearch (Cret.) F *Gr. Hist.* n. 133 F$_{1}$ c. 36, 3. 9 (II b p. 701) ed. Jacoby, Pergami

Philadelphiae Syll. III³ $985_{60}$ s. I^a. Cibyrae *OGIS*. II $497_1$ s. II^p. Pergami Syll. III³ $1007_{30}$ s. II^a. Dorylaei IG III 3817 s. I^a, in Phrygia BCH. VIII p. 501. $IV_5$ s. II^a p. 502. VIII s. II/I, Sillyi in Pamphylia Suppl. Ep. Gr. II 707 s. II^p, apud Cunaxa Xenoph. Anab. I 8, 17, in Galatia Head HN² p. 139 s. V^a, in Italia: Puteolis IG XIV $829_1$ s. I^a, in Sicilia: Pind. Ol. V 17, Head HN² p. 139 s. V^a. 124 s. III^a. Hesych. l. c. in Africa: Cusis ibid. $734_3$ s. II^a. Philis Kaibel *Epigr. Gr.* 978 s. I^a (Geffcken l. c. 202).

Juppiter Salvator cum dedicantis nomine *[Δ]αιγόρου* 430 s. I^a prope Basilicam.

Juppiter, deus summus omnium Graecorum, Therae non modo *Ζεύς* vel *Ζηύς*, sed etiam cum epithetis dei nominatur.

Tales significationes sunt dedicantis nomine quinquies 404. 429. 363. 442. 376 omisso.

*Ἱκέσ[ιος]* 404 litteris antiquissimis inscriptus sine dedicantis nomine infra epheborum gymnasium; idem deus extra Theram in Phrygia BCH. VIII 503 s. III^a audit. Iovem Hicesium invenimus[1]) Athenis schol. Aristoph. Ran. 756 s. IV^a, Paus. I 20, 7, Pollux VIII 142; Spartae IG V 1, 700 s. V^a, Paus. III 17, 9 cf. Hesych. s. v. *Ἐπιδώτας*, prope Helicen Paus. VII 25, 1; Deli BCH. III p. 472 s. III; Coi *Inscr. of Cos* 149 s. IV/III; Rhodi IG XII 1. $891_2$ s. II^a.

*Ὅρκιος*[2]) 429 s. V^in ad viam prope Apollinis Carnei templum. Horcii dei iuris iuranda[3]) foederaque tuentis cultus paucis Graeciae locis demonstrari potest Athenis Paus. I 28, 5. Olympiae ibid. V 24, 9. 11. Therae aut pumex niger[4]) sic significatur, in quo ius iurandum dabant, aut Juppiter ipse ius iurandum tuens invocatus est.

*Πολι[η]ύς* 363 s. VI/V prope eundem locum. Occurrit *Πολιεύς* semel apud Romam IG XIV 993 aet. imp.

---

[1]) Apud Graecos Hom. Il. ι 503. Aeschyl. Suppl. 616. Soph. Aiax 1174.

[2]) De deo apud poetas cf. Hesiod. op. et d. 256, Aeschyl. Sept. 682, Soph. Oed. Col. 1767.

[3]) Inter quae *ὅρκος ἐπιχώριος* putabatur '*ὁ μέγιστος κατὰ ἱερῶν τελείων*' Thucyd. V 47.

[4]) De lapidibus, apud quos veteres iurabant, cf. Plut. Sol. 8. 25. Paus. I 28, 5 '*ἀργοὶ λίθοι*', *Thera* I 267 adn. 43. O. Kern *Die Religion der Griechen* I p. 7 adn. 1. 8 ss.

*Σαβάζιος*[1]) 442 s. f. II^a^ ad viam supra Basilicam. Sabazium invenimus Athenis Arist. Vesp. 8—10, apud veteres Iambl. de myst. III 9. 10 Parthey, Lucian. irrisor deor. concil IX. Icarom. XXVII; apud Phryges schol. Arist. Ran. 874, apud Persas schol. Lucian. deor. conviv. c. 9. Iovis nomine apposito Epidauri IG IV² 395 s. II^p^, Serdicae Suppl. Ep. Gr. I 302 s. I^a^/I^p^, in Lydia Cauer-Schwyzer Del.³ app. II 5, 1 s. II^p^. Cf. titulum in vico *Gjoelde* repertum O. Kern *Genethliacon* 1910 p. 92.

*Στοιχαῖο(ς)* 376 s. VI/V prope Carneum. Huius dei cultus extra Theram testimoniis scriptorum, titulorum aliisve exemplis vix comprobari potest. Ut epitheton quo Juppiter phylarum constitutor significatur melius intellegamus, nomen tribus Doricae *στοῖχος* vel *ἀριθμός* postea *φύλη* nominatae *Δυμᾶνες* 377 (550) s. IV^a^ et *Ὑλλεῖς* 378 s. IV^a^ — forsitan nomen *Πάμφυλοι*[2]) non defuerit — a nobis afferri necesse est. Sic Juppiter Therae ex stoechis deus Stoechaeus appellatus erit. Cum Sicyone sexaginta fere annis post mortem tyranni Clisthenis tres tribus nominum antea commemoratorum exstitisse verisimile sit,[3]) Stoechaei cultum Sicyone quoque derivari opus erit.[4])

Bis cum dedicantis nomine *[Η]ικέσιος Οὔνο* . . . 402, *Σωτέλ(ε)ος* 403 aetatis antiquissimae infra epheborum gymnasium.

*'Apud tres ficus'* deus summus occurrit cultu praefectus coniunctusque cum Minerva sine dedicantis nomine:

*Ζεὺς Πο[λιεὺς καὶ] Ἀθάνα [Πολιάς]* 1362 (427) s. V^a^. Quae cultus coniunctio invenitur Megalopoli IG V 2. 551 s. VI^a^, ordine inverso Teli IG XII 3. 40₉ s. II^a^, Troiae apud Hegesiam et Xenagoram chronic. synt. I F *Gr. Hist.* ed. Jacoby 142 $F_1$, 240 $F_3$, in Creta Xenagor. ibid. 240 $F_2$ s. IV^a^; sine cognomine par divum invocatur Palacri IG IX 1. 464 s. V^a^, Omari Steph. Byz. s. v. *Ὀμάριον*.

Iovis cultus cum Bono Numine coniungitur titulo 1366 s. f. II^a^ *Ζεὺς Σωτὴρ καὶ Ἀγαθὸς Δαίμων* supra Basilicam[5]) cumque Vesta bis anteposita arae titulo 1357 s. f. II^a^ *Ἑστία*

[1]) De hoc *Thera* I 172. III 186; apud cognomen de Baccho cf. Hesych. s. v. cogitare nos solere interdum non opus est.

[2]) *Klio* I 217 adn. 4, *Thera* I 143, III 673. [3]) Herodot. V 68.

[4]) *Διὸς Στοιχέως* Bekkeri Anecd. graec. II 790, 30, *Στοιχαδέως* Cramer Anecd. Oxon. IV 320, *Στοιχείου* Villoison Anecd. II 187.

[5]) Aliud exemplum extra Theram vix repeririatur.

*καὶ Ζη(ὺς) Σωτήρ* in urbis clivo reperto — eadem invocatio legitur Thasi BCH. LII p. 57 sq. s. III$^{a}$, in Creta IG II 2554, Philadelphiae in Lydia Syll. III$^{3}$ 985 s. I$^{a}$, Tauromenii (Sic.) IG XIV 433 s. II$^{a}$ — inventoque basis titulo s. f. II$^{a}$ *Ἑστ[ία καὶ] Ζεὺ[ς Τέλειος]* [1]) 424 in ecclesia christiana; item Rhodi IG XII 1. 704 s. III$^{a}$. 701. 707 s. I$^{a}$/I$^{p}$, in Creta Ephor. apud Strabonem X 4, 21 (Jacoby II a p. 89).

Accedunt titulis, quibus Juppiter colitur, nomina theophora stirpis *ΔιϜ*: *Διο-γένης* $327_{7.74.254.270}$. $333_{8}$. $337_{2}$. $1298_{8}$, (Anaphae 306) *-γνητος* $327_{51}$. 841, *-δαμος* $327_{129}$, *-δωρος* $327_{168.211}$. 335 $B_{13}$. $339_{10}$. 420. 501. 509. 522 I 3. 608. 614. 616. 618. 619. 647 a. $665_{2}$. 700. 733. 1028. 1400. 1405. 1516. 1517. 1537. 1617, *-κλῆς* $327_{114.160}$. 443. 1594, *-κύδης* 508, *-μένης* $327_{19}$, *-μήδης* 704. 705, (*-πίθης* Anaphae 306), *-τιμος* 507. 335 $A_{10}$, *-φαντος* $327_{28.149}$. 1496, *-φαντ-* $606_{37}$; *φαν-* 734; *Διο-* 706 [2]); mensis nomen *Διόσθυος* $327_{109.270}$ s. III$^{a}$; eodem spectant nomina stirpis *Ζην*: *Ζηνᾶς* 941, *Ζηνόδοτος* $327_{289}$ s. III, *Ζήνων* $327_{61}$, *Ζη* $327_{303}$.

Nihil autem impedit, quin ad Iovis cognomina referri possint nomina fortasse haec: ad Iovem *Ἀ[μμώνιον]*, fortasse *Ἀμμία* 910, certe *Ἀμμώνιος* 327 ter; *Ὀλύμπιον* 1345, *Ὀλυμπιόδωρος* 1318.

Prisca ratione Juppiter a Therae incolis invocatus est; nomen primum apparet quater solum rupi nudae incisum forma nominativi integra sine ulla interiectione velut *μά*, *ναὶ μά*, *νή* aut aliter simili. Verecundia pietateque in deum commoti adorantes neque alterum numen neque suum ipsorum nomen ut dedicantes dei summi nomini addere audent; idem usus ad nomina, quae in nominis Iovis locum succedunt, *Ἱκέσιον* 404 infra epheborum gymnasium, *Ὅρκιον* 429, *Πολιέα* 363, *Στοιχαῖον* 376 prope Apollinis Carnei templum, etiam altero fere a. Chr. n. saeculo *Σαβάζιον* 442 supra Basilicam attinet. Colonos Doricos e Creta aetate Minoa Iovis cultum Theram importasse ex toto insulae situ aliisque testimoniis verisimile est. [3]) Cum

---

[1]) Pro cognomine *Τέλειος* etiam cognomen *Σωτήρ* vel aliud suppleri potest. Syll. III$^{3}$ 985 adn. 5.

[2]) Cf. et. *Thera* I 289 nr. 8.

[3]) Cf. Clem. Alex. Strom I 170, 3 p. $106_{1}$. J. Poerner, De Curetibus et Corybantibus diss. Hal. XXII 2 p. 264.

Juppiter Hicesius eadem ratione apud Cretenses aetate Dorica certe invocatus sit, Juppiter Stoechaeus post duo triave saecula ex Argolide, ubi sexto saeculo tribus Doricae *στοῖχοι* nominantur, Theram invasit. Qua cum sententia congruit usus litterae priscae Ξ '*Samech*' pro voce ζ, quae et Therae 351. 1313 et Corinthi IG IV¹ 263. 264 iam saeculi quinti initio demonstrari potest.[1] Per colonos e Boeotia et Attica ortos Iovis chthonici cultus Theram delatus esse videtur. Juppiter enim *Μειλίχιος*, Therae 406. 1316 certe antiquior Iove *Κτησίῳ* 1361. Thespiis, Orchomeni et anaglyphis Piraeis sub anguis imagine Athenis iam saeculo V. cultus est. Idem de Iove *Κτησίῳ* observare possumus. Qui deus, cui incolae Atticae bovem album sacrificare solebant, per nautas et mercatores Ionios i. e. commercii via Theram invasit. Quo antiquiorem *Πολιέα* 363 i. e. Iovem tutorem primae coloniae sive urbis — fortasse *Ὅρκιον* 429 quoque — fuisse necesse est. Nautis autem Theraeis et aetate Ptolemaea militibus, qui cum Artemidoro aliisque ducibus erant, Juppiter ab initio Hospitalis vel Olympius vel Salvator fuisse videtur. Ad summum deum *Πολιέα* mature Minerva *Πολιάς* se aggregat. Post tria saecula accedunt numina Vesta Bonumque Numen. Aetate Romana Juppiter *Καταιβάτης* 1360 ut deus, qui fulguribus tonitruque caelum, terram, mare concutit descenditque e summa altitudine universi, sub duplice nomine *Βροντῶν καὶ Ἀστράπτων* 1359, quae invocatio praecipue apud Asiae interioris incolas volubilis erat, cultus est. Epitheton autem *Βουλαῖος* demum imperatorum cultu Theram delatum est. Tamen Iovem *Λύκαιον* Cyrenae iam quinto saeculo cultum Therae titulis omnino affirmari non posse memorabile est.

## Cures.[2]

Nomen occurrit ter iuxta Iovem rupi litteris antiquissimis insculptum prope Apollinis Carnei templum meridiem fere versus:

---

[1]) P. Kretschmer, *AM.* XXII p. 343 sq.

[2]) Cf. de vocis interpretatione Eustath. p. 771, 35 (Iliad. ι 525) sq.: . . . *προφερόμενοι* (sc. *Κουρῆτες*) *τῷ τόνῳ καὶ τῇ κλίσει ὡς τὸ ἀβλὴς*

*ϙο(υ)ρής* 350. 354. 355 — uterque posterior titulus versus occidentem. — Cum aliter titulis semper duo aut complures praecipue in Creta[1]) Curetes citentur, Theraei antiquissima aetate unum Curetem venerati sunt. Cures ipse idem quod e. g. *παῖς Καβίρου, Κορη Δήμητρος* significat.[2]) Unius Curetis cultum e Creta derivari necesse esse testimonio Plutarchi Sol. 12: *διὸ καὶ παῖδα νύμφης ὄνομα Βάλτης καὶ Κούρητα νέον αὐτὸν* (sc. *Ἐπιμενίδην*) *οἱ τότε ἄνθρωποι προσηγόρευον* verisimile fit; cf. Myronian. Amastr. 'Homoea' F *Hist. Gr.* IV p. 454 $F_1$ ed. Mueller, Ephor. apud Strab. X 480, 16; ex quo Eustath. 771, 50 (ad Iliad. *ι* 525).[3]) Extra Theram Cretamque invenitur unus Cures nusquam nisi Cyrenae.[4]) Cum nomina vere theophora ad Curetem spectantia non reperiantur, tamen prisca saltatorum puerilium iuveniliumve nomina rupi incisa partim prope Curetem 350 infra scalam parvam: *Εὐέλθων*, *Π(h)όλες* 350 septentionem versus, *Βίαιος* 567 orientem versus, *Ἀντίστατος* 561, *Ἄγνων* 554, *Πράγορος* 587, *Κ(h)αριτερπής*, *Βίας* 1416 (546). 1450. 1428, *Λαμπσαγόρας* 1450 (590), supra 590 idem nomen 1445 (587) *Προκλῆς* 1444, *Ἀστυδικίδας*, *Σαμαγόρας*, *Π(h)ανοκλῆς* 542, *ϙόραϛς* 545, *[Δ]έκσιλο[ς]* 1415 (545), *Κρινομένης* 579, *Σάλακος* 1447, *Εὐρυτέλης* 572, *Ἀγασικλῆς* 1434 (573), *Θαῤ(ῥ)ῆς* 573, *Αἴνησις*, *Μενιάδας* 1437 (581), *Διάλϙων* 568, fortasse *Ἄβακος* 1438, *Μαισιάδας* 1440 (584), *Πεισίγο[ν]ος* 1442 (585), denique *Τιμαγόρας* 588, *Μνασίπονος* 582, *Λανίκης* 580, *Ἀστύνομος* 566, *Πρατόλοϙhος* 1446, partim

---

*ἀβλῆτος, οὕτω γὰρ καὶ Κούρης Κουρῆτος·* G. Choerobosc. schol. Theod. Alex. Canon. nomin. (Gramm. Gr. IV 1 p. 160, 25–26. p. 160, 36–161, 3. Hilgard. Ioann. Charac. in Theod. Al. *δ'* exc. a Sophronio Alex. (Gramm. IV 2 p. 385, 9). De deo Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I p. 128. 134.

1) *Mus. It.* I 141, 60, IG II 2555 s. II^a; Cauer-Schwyzer Del.³ 192 de accuratiore numero cf. J. Poerner l. c. p. 328 ss. (1913).

2) *Thera* I 149.

3) De origine Delphica Plut. De def. orac. 42 *καὶ γὰρ ἐνταῦθα* (Delphis) *τὴν περὶ τὸν τόπον δύναμιν ἐμφανῆ γενέσθαι πρῶτον ἱστοροῦσιν, νομέως τινὸς ἐμπεσόντος κατά τινα τύχην, εἶτα φωνὰς αναφέροντος ἐνθουσιώδεις, ὧν τὸ μὲν πρῶτον οἱ παραγενόμενοι κατεφρόνουν, ὕστερον δὲ γενομένων ὧν προεῖπεν ὁ ἄνθρωπος, ἐθαύμασαν. οἱ δὲ λογιώτατοι Δελφῶν καὶ τοὔνομα τοῦ ἀνθρώπου διαμνημονεύοντες Κορήταν λέγουσιν.*

4) Ferri *Contrib. di Cir.* p. 10 f) s. IV^a.

prope reliqua duo nomina 354. 355 *Βορίσκος* 368 a, *Κίκιν(ν)ος* 1435 testimonio ei rei, quod pueri vel iuvenes Curetis veneratores fuerunt, sunt.[1])

### Juno.

Ad deae summae cultum, qui praecipue Sami Argisque florebat, spectant tantum titulus s. f. II[a] *Ἥρα* 433 sine dedicantis nomine in via supra mediam fere Basilicam titulusque honorarius incisus columnae in faucibus, quae ad locum *Kamari* vergunt, inventae, in qua iuxta nomen sacerdotricis *Ἥρα Δρομαία* 513 a legimus; pro voce *Δρομαία* invenitur *Προδρομία* Sicyone Paus. II 11, 2 s. II[p]. Ad Iunonem attinent nomina theophora *Ἡρακλείδης* 1304, 9, *Ἡράκλειτος* 327 ter. 339, 14. 879, *Ἡρακλέων* $1304_{17}$. 1543. 1553. 945, *Ἡρίλοχος* 327. 634 bis, *Ἥριππος* 1289, *Ἡρόθεμις* 327 bis, *Ἡρόφιλος* 404 b. 1502 (624). 1519, *Ἡρ.* 327. Ceterum Cyrenae Theraeo antiquius exemplum Iunonis cultus exstet.[2])

### Neptunus.

Melius eruditi sumus de multo antiquiore cultu dei Neptuni: occurrit simplex nomen formae Doricae *[Ποτει]δάν* 362 s. V[a] sine dedicantis significatione accuratiore incisum rupi prope Apollinis Carnei templum; eandem nominis formam legimus Corinthi apud Xenoph. Hell. IV 5, 2; Argis ibid. IV 5, 1; Spartae ibid. III 3, 2. Coi Paton-Hicks $401_4$ s. III[a]. Selinunte IG XIV 268 s. V[a].

Neptunus *Ἀσφάλιος* invenitur apud Strabonem I 3, 16 s. I[a] (Jacoby II a p. 274 n. 87) Rhodiis[3]) ad insulae Therae oram sacrum exstruentibus, extra Theram cultus Athenis schol. Aristoph. Ach. 682 et schol., Plut. Thes. 36, Epidauri IG IV² 555 s. II[p], ad Taenarum ibid. 510 s. IV[a], Spartae Paus. III 11, 9, Amyclis *Ἐφ. ἀρχ.* 1892 σ 23 aet. Rom., Mantineae *JHS.* XIII 337

---

[1]) Cf. Eustath. 771, 50 ... *ἐνόπλιον ὄρχησιν Κούρης κατέδειξε πρῶτος.* R. Beyer Fabulae Graecae quatenus quave aetate puerorum amore commutata sint. Diss. Lips. 1910.

[2]) Pind. Pyth. IV 184.

[3]) Cf. Plut. de Pyth. orac. 11 (ex Posidonio) Diels *Sibyll. Blätter* p. 102. *Thera* I 168. De deo ipso Cornut. Theol. Comp. c. 32 p. 42, 1—43, 1. F *Gr. Hist.* II b p. 1053 ed. Jacoby.

s. I[a], apud Rhodios IG XII 5. 913 s. II[a], Syri IG XII 5. 671 s. III[a], Cyzici Syll. II[3] 779 II s. I[a], in Cilicia IG III 4443 s. I[a]/I[p]. Tituli desunt.

Dei cognomen Ἱππότας divino nomini postpositum est titulo 1372 (441) s. IV[a] pone Basilicam sine dedicantis nomine. Quod cognomen alibi, quantum exploravi excepto nomine eodem proprio Apollod. bibl. II c. 174. Paus. III 13, 4 apud Peloponnesios vix isdem exemplis comprobari potest; cuius in locum succedit nomen usitatum Ἵππιος Athenis IG I² $310_{141}$ s. V[a], similiter schol. Aristoph. Nub. 83 s. IV[a], Paus. I 30, 4. Coloni schol. Soph. O. C. 711. 712. Thebis Aeschyl. Sept. 131 s. V[a]. Epidauri IG IV² 553 s. III[p], fortasse Spartae schol. Pind. Pyth. IV 76c s. III[a]. Lycosurae Paus. VIII 37, 10. Mantineae Head HN² p. 449 s. IV[a], Paus. VIII 10, 2. Methydrii Paus. VIII 36, 2 (25, 7). Phenei ibid. VIII 14, 5. 6. Patris ibid. VII 21, 8. Olympiae schol. Pind. Ol. V 10, Paus. V 15, 4. Pisae similiter schol. A. Hom. Il. A. 38 (Jacoby II b p. 609). Potidaeae Head HN² p. 212 s. V[a]. Rhodi IG XII $1_{739}$. 809. $926_{213}$ s. III[a]. 835 s. II[a]. 845, Syll. II[3] 725a s. I[a], in Creta Head HN² p. 477 s. IV[a], apud Graecos schol. Pind. Pyth. IV 246 b, denique Cyrenae schol. Pind. Pyth. IV 1a s. III[a].

Deo cognomen *Πελάγι(ος)* attribuitur titulo 1347 s. III[a] in fano Artemidori, qui ut dedicans eum cultus signo, delphino caelato,[1]) honorat. Neptunus Marinus occurrit Athenis IG II² $410_{17}$ s. IV[a], apud Graecos (*Πελαγαῖος*) Paus. VII 21, 7.

Iam sequitur Neptuno non nominato dei cognomen *[Γ]αιάοχος*[2]) 1371 s. V[a] infra magnum murum, qui fori partem orientalem sustentat: nomen divinum occurrit solum adhibitum Spartae IG V 1. 219 quater s. V[a], prope Amyclas Xenoph. Hist. gr. VI 5, 30 s. IV[a] apud Lacones Hesych. s. v., apud veteres Apollodor. *Περὶ θεῶν* 244 F 99 F *Gr. Hist.* II b

---

[1]) Duo delphini — certe Neptuno sacri — occurrunt supra tabulam XIV *Thera* I cum titulo a Clitosthene cive med. s. II[p] inciso; similiter Epidauri IG IV² 44. 45. p. 175. 553. Hermionae Paus. II 35, 1, Coi Syll.[3] III $1000_2$.

[2]) Cf. de voce Eustath. 999, 14 P. Kretschmer *Glotta* V p. 303. Carolus Robert apud Eduardum Meyer *Geschichte des Altertums* I p. 278 adn. 3. „Poseidon, der Erderschütterer, ist ein Erdgott, der seine Macht vor allem im Erdbeben manifestiert." Kern *Genethliacon* 1910 p. 100 sq. Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 213 ss. 335 ss.

p. 1053 Jacoby, ibid. F 96 p. 1052, cum Neptuno Athenis IG III 1. 276. $805_9$ aet. Rom. fortasse Cornut. Theol. Comp. c. 32, Trozene Plut. Thes. 36, 6, Gythii Paus. III 21. 8, Thebis Aeschyl. Sept. 308, certe in Creta Plut. Thes. 36, 6.

Ad Neptunum Minervamque quibus iam Cadmum sororem quaerentem navi ad Therae litus appulsa templum extruxisse narrant, cultu coniunctos spectat Theophrastus in schol. Pind. Pyth. IV 10 f. s. IV$^a$; Spartae Paus. III 11, 9, apud Rhodios Xenagor. 240 fr. 6 *F. Gr. Hist.* Jacoby II b p. 1006, Cyrenae schol. Pind. Pyth. IV 1 a. Tituli desunt.

Neptuni veneratio suppletur augeturque nominibus theophoris ad numen attinentibus: *Ποσειδώνιος* 327 ter s. III$^a$, 828 s. II$^a$, $1304_{10}$ aet. Rom. 1585 aet. christ. (Anaphae 304) *Πο.* $327_{278}$. Neque plane abhorrent nomina haec: *Αἰγεύς* $606_{46}$. 624. 1502; *Γλαῦκος* 405[1]); *Ἰσθμιώ* $329_{10}$. $337_8$. $490_5$. 823. $1302_{19}$; *Ποσείδιππος* $1304_{18}$ (cf. *Ἱππίας* $327_{135}$, *Ἱπποκράτης* $337_4$. 1597. $737_5$, *Ἱππο-* 631. 632); *Ὠκύαλος* i. e. mari celeriter navigans 344. 666. 672. 699. 728. 1529. 1548 (cf. *Πελάγιος* 1347).

Quod ad Neptuni cultus originem attinet, hic non tam ex Creta, ubi Minos quidem Neptuno iam immolaverat, etiamsi deum ea re quod pro tauro, quem Neptunus precibus eius commotus e profundo surgendum curaverat, alium sacrificabat, fefellit,[2]) quam ex Thessalia[3]) a monte Pelio, ad cuius radices dei fluviales et equini aetate prisca colebantur, per Boeotiam,[4]) Argolidemque[5]) Theram ex saeculo sexto est delatus. Inde — fortasse una cum Minerva — utriusque numinis cultus Cyrenam pervenit.[6])

## Minerva.

Ad huius deae cultum spectant tituli duo saec. VI sine dedicantis nomine *Ἀθαναία* 364 prope Apollinis Carnei templum

---

1) Cf. S. Wide, *Festschrift f. O. Benndorf* 1898 p. 15. 18.

2) Apollod. bibl. III 1, 2.

3) Herod. VII 129. schol. ad Pind. Pyth. IV 246 a.

4) Iliad. *β* 506 *υ* 404. Pind. Isthm. IV 19, schol. ad Pind. Isthm. IV 33 c.

5) Pind. Ol. XIII 4, Nem. V 37, Isth. IV 19, schol. ad Pind. Nem. V 67 a, Bacchyl. carm. XVI 57; praeterea Paus. II 30, 8. 9, 6, III 12, 5 cf. supra de usu signi Ξ Corinthi Theraeque p. 13.

6) Schol. ad Pind. Pyth. IV 1 a et ad Lycophr. 749.

et titulus 450 b columnae in vico *Megalochorio* prope ecclesiam *S. S. Anagyrorum* incisus.[1]) Neque aut litterarum forma aut aetate abhorrent tituli inventi Corinthi IG IV$^2$ 265–267 s. V$^a$, Mycenis ibid. $492_2$ s. VI$^a$, Argis ibid. 554 s. VI/V, Cyrenae Ferri *Contr. di Cir.* p. 8 n. 6 s. IV$^a$.

Minerva et apud opifices (*δαμιοργοί*) 450 b 18 in sacrificio tritico vinoque usos et apud homines agrestes multum valuit, si *οὖροι* in titulo 411 s. V$^e$ rupi ad litus occidentale sub promunturio, quod hodie *Σκάρος* vocatur, inciso recte *ὅροι* i. e. fines agri deae sacri significati ut homo pie praeteriens de dea admoneretur, intelliguntur.[2])

Inter cognomina, quae Minervae attribui solent, occurrit Therae epitheton *Πολιάς* fortasse iam titulo s. V$^a$ 1362, certe $495_3$ aetatis Romanae iuxta sacerdotem eius in foro vetere non longe a '*tribus ficis*'. Extra Theram invenitur Minerva *Πολιάς* Athenis Herodot. V 82, IG I$^2$ $298_{19}$ s. V$^a$, $304_4$. $376_2$ s. f. V$^a$, IG II 5. 109 b 34, IG I$^2$ $112_7$. $212_{34}$ s. IV$^a$, Aeschines II 147, Dinarch. I 64. III 2 s. IV$^a$, IG II$^2$ $334_{22}$. $448_{28}$. $687_{44}$. $776_{23}$, schol. Hom. *ΗΥ* ad ξ 533 et schol. Aeschin. II 78 s. III$^a$, 983 s. II$^a$, 1035 bis s. I$^a$, 1039 bis s. I$^a$, Suppl. Epigr. III 259 s. I$^p$, IG II 2$^2$. $1825_{39}$ s. III$^p$, prope Piraeum Strabo 396, 16, Salamine ibid. 394, 11, Erythris Paus. VII 5, 9, Daulide IG IX $66_9$ s. f. II$^a$, Delphis Pind. paean VI 89, Epidauri IG IV$^2$ 430 s. II$^p$, Megalopoli Paus. VIII 31, 9, in insulis: Amorgi IG XII 7. $386_{42}$. $387_{23}$ s. III$^a$, $392_{23}$ s. I$^p$, Coi Paton-Hicks 37. 56. 40 b 4 s. IV$^a$, Teli Head HN$^2$ p. 642 s. IV$^a$, IG XII 3. 40 s. II$^a$, Suppl. Ep. Gr. III 715 s. II$^p$. 719, Rhodi IG XII 1. $705_{16}$ s. f. III$^a$, Lesbi IG XII 2. $484_{17}$ s. I$^a$–I$^p$, Lemni schol. Soph. Philoct. 134 s. IV$^a$, Peparethi IG XII 8, 640. 646 s. II$^a$, Ii IG XII 5. 8 s. III$^a$; in Creta *Mus. It.* 563 s. III$^a$, Xenagor. chron. I *F. Gr. Hist.* 240 fr. 2 Jacoby, Gorgon de Rhodo I, Gorgosthenes et Hierobulus in epistula ibid. II b p. 1005 (240 fr. 2) s. III$^a$; in Thessalia IG IX 2. 1322 s. IV$^a$, ibid. $1230_{37}$ s. II$^a$. 1233, Cyzici *IGR.* IV 144 s. I$^p$, Assi (Troae) Head HN$^2$ p. 542 s. V/IV, Pergami *OGIS.* I $322_4$ s. II$^a$. 324 s. I$^a$, Prienae *IvPr.* 5.

---

[1]) *Klio* I 215.

[2]) Cf. *οὖριον ἄνω* $345_{11}$ i. e. nomen agri prope oppidum quod Perissa vocatur, siti, similiter Athenis Suppl. Ep. Gr. I 27 s. V$^a$, Sami BCH. VIII p. 160 s. IV$^a$, Prienae *IvPr.* 167. 168.

156. 160 s. IV$^{a}$. 57. 246 s. III$^{a}$. 108. 109. 162 A. 163 s. II$^{a}$. 111. 157–59. 164–66. 188 I s. I$^{a}$; in Phrygia Head HN$^{2}$ p. 686 s. I$^{a}$, Heracleae IG XIV 645, II 5 s. II$^{a}$.

Praeter nomen '*Πολιάς*' occurrunt voces '*Πολιᾶτις*' Tegeae Paus. VII 47, 5, *Πολιᾶχος* Spartae IG V 1. $213_{2}$ s. V$^{a}$. $559_{16}$ aet. Anton., Amyclis *Ἐφ. ἀρχ.* 1892 σ 23 aet. Rom., *Πολιοῦχος* Spartae Paus. III 17, 2, Chii Herodot. I 160 s. V$^{a}$, Pari IG II 5. $1029_{5}$ s. III$^{a}$, Dreri *Mus. It.* III 657/68 s. III/II, Magnesiae ad Maeandrum *IvM.* 216, fortasse Prienae *IvPr.* $45_{11}$ s. II$^{a}$, denique *Πολίοχος* Gortyne *Mus. It.* III 692 s. III$^{a}$.

In cultu cum Iove[1]) *Πολιεῖ* Minerva *Πολιάς* sine dedicantis nomine titulo 1362 (427) s. V$^{a}$, cum dedicante Cadmo ad Therae oram cum Neptuno[2]) — uterque sine cognomine nominatur — quamquam tituli desunt, apud Theophrastum schol. Pind. Pyth. IV 10 f s. IV$^{a}$ coniungitur.

Alia testimonia ad Minervam spectantia desunt, sed supplentur nominibus theophoris: *Ἀθανό-κριτος* 1003 (vir Cnidius), *-μένης* $617_{5}$. $1304_{7}$, *Ἀθην-αγόρας* $327_{121}$, saepius *-αιος* 333 bis. 1298. $1299_{21}$. $327_{53}$, fortasse *-ί[ω]ν* $337_{8}$, *-ογ(ένης)* $634_{7}$, *-όδωρος* 327 bis. 338 A. 1528, *Ἀθην-* 907, *Ἀθη.* $327_{74}$.

Cadmum, Agenoris filium, praeter Neptunum Minervae quoque sacrum dedicasse dicit Theophrastus in scholio ad Pind. Pyth. IV 10 f. Tamen nisi omnia fallunt, deae cultus non tam ad Cretam — *ἐς ἠῶ ἱερὸν Ἀθηναίης Μινωίδος* Apoll. Rhod. Argon. IV 1690 sq. — ubi pristina vestigia deae armatae cultus observari possunt,[3]) quam ad Argolidem referendus est. Quod affirmare videtur Paus. III 15, 6 *ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἱερὸν Ἀθηνᾶς ἰόντι ἑτέραν ὁδὸν ἀπὸ τοῦ Δρόμου· Θήραν δὲ ἀναθεῖναι ... φασίν, ἡνίκα ἀποικίαν ἔστελλεν ἐπὶ τὴν νῆσον, ἣ νῦν ἀπὸ Θήρα τούτου τὸ ὄνομα ἔσχηκε, τὸ δὲ ἀρχαῖον ἐκαλεῖτο Καλλίστη.* Neque aut Therae aut Mycenis, ubi iam fere 1500 a. Chr. sub clipei symbolo dea colebatur,[4]) aut Argis Minervae *αἰγιόχου* — Hom. Il. σ 446 sq. — cultus defuit.[5]) Cui rei

[1]) Cf. p. 11 h. diss. [2]) Cf. p. 17 h. diss.

[3]) Cf. G. Karo *Religion des ägäischen Kreises* p. VIII. Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 234 ss.

[4]) Karo a. l. 91/2.

[5]) Ud. de Wilamowitz *SB. Berl. Akad.* 1921 p. 951 sq.; a. l. I 236. O. Kern l. c. p. 24; cf. Cyrenae *Notiziario* II 1. 2 p. 88 ss. fig. 39 a.

argumento est statua Minervae galea, cataphracta, gorgoneo indutae inventaque prope magnam cisternam *Thera* I 265 et fig. c in pag. 266.[1]) Exstiterunt Therae duo templa Minervae sacra, quorum alterum apud *Scarum* prope medium crateris marginis interioris adversus insulas, quae nominantur *Aspronisi* et *Kaïmeni*, iacebat,[2]) alterum in parte meridiana fori urbis Therae prope Basilicam[3]) investigandum est. Denique utrum Minervae cultus Thera an ex Rhodo Cyrenam pervenerit, haud dubie discerni non potest ex testimonio Xenagorae chronic. synt. I. *F. Gr. Hist.* II b p. 1006 ed. Jacoby 240 fr. 10 *Λινδίων τοὶ μετὰ τῶν Πάγκιος παίδων Κυράναν οἰκίξαντες σὺν Βάττῳ Παλλάδα*[4]) *καὶ λέοντα ὑπὸ Ἡρακλεῦς πνιγόμενον· ταῦτα δὲ ἦν λώτινα, ἐφ' ὧν ἐπεγέγραπτο ‛Λινδίων τοὶ μετὰ τῶν Πάγκιος παίδων Κυράναν κτίσαντες σὺν Βάττῳ Ἀθαναίᾳ καὶ Ἡρακλεῖ δεκά[ταν ἀπὸ] λαίας ἂν ἔλαβον ἀ[πὸ ... Ἰ]ων.*

## Apollo.

Dei nomen sine ulla significatione, litteris antiquissimis rupi nudae incisum Therae bis legitur prope epheborum gymnasium *Ἀπόλ(λ)ω* 536 et 356 prope regionem, in qua postea Apollinis Carnei templum aedificatum est; in cultu prisco sacrificandi locus ut in Iovis veneratione rupe fortasse excavata i. e. foramine ad donarium recipiendum significatus erat (cf. n. 356).

### Nummi.

Saec. III a. Chr. n.

| | Obv. | Revers. |
|---|---|---|
| Æ$_7$ | Caput Apollinis | *ΘΗ* bos cornibus petens. |
| Æ$_{55}$ | Caput Apollinis laureatum | *ΘΗ* bos cornibus petens. |
| Æ$_5$ | Caput Apollinis laureatum. | *ΘΗ* lyra. |

Head HN[2] p. 493.

---

[1]) Cf. Buschor *AM.* XLVII p. 96.

[2]) *Thera* I p. 16 sq. 172. [3]) *Thera* I p. 235 sq. III 57 sq.

[4]) Cum epitheton Therae plane desit, Minervae *Παλλάδος* cultum non Thera, sed ex Rhodo Cyrenam pervenisse verisimile est.

## Aetatis Antoninae.

| | Obv. | Revers. |
|---|---|---|
| Æ$_6$ | Caput M. Aurelii | *Θηρέων*. Apollo sedens in cycno volante. |
| Æ$_{12}$ | Caput L. Veri laureatum | *Θηραίων*. Apollo citharoedus chlamydatus, dextra plectrum, laeva citharam tenens. |
| Æ$_7$ | Caput L. Veri laureatum cum paludamento | *Θηραίων*. Apollo in medio templo tetrastylo. |
| | Caput nudatum L. Veri | *Θηραίων*. Idem typus ut antea. |
| Æ$_9$ | Caput Commodi | *Θηρέων*. Deus Apollo in templo tetrastylo. |

Accedunt '*Apollinis Theraei*' qui dicitur statuae duae saec. VI.[1])

Inter omnia cognomina Apollinis nullum aliud saepius Therae invenitur cognomine *Καρνείῳ* a vate eponymo *Κάρνῳ* derivato:[2])

*[Ἀ]πόλλ[ων ὁ Καρ[νεῖος]* $1294_3$ s. II$^a$ decreto in clivo occidentali urbis prope fornacem reperto. Eadem significatio divina ter legitur titulis exeuntibus antepositis nominibus dedicantium quattuor 519 s. II/I *Oeae*, duorum 513 b s. II/I penes vicum *Kamari* vocatum, unius $508_1$ s. I$^a$ in columna reperta in faucibus, quae in arcis parte septentrionali ab ecclesia *Evangelismi* oriuntur.

Non minus afferuntur una cum Apolline Carneo sacrificii causa sacerdos nomine: *Θεοκλείδα[ς] Ἀγλωφάνους* 1408 s. I$^a$ prope forum, 514 s. I$^a$ in templo Carneo vel saepius Theoclidae filius *Ἄδμητος* $868_2$ aet. Rom. prope *Monolithum*, $869_3$ s. I$^a$ in vico qui *Μεσσαριά* dicitur, 512 s. I$^a$ qui titulus 'ex Apollinis Carnei templo in vicum *Μιροβίγλι*' delatus est, $519_4$ s. II/I ut iam supra, 1406 s. I$^a$ supra Basilicam, 1407 (minor.) s. I$^a$ infra epheborum gymnasium.

---

1) Ioa. Schrader *Thera* III 201 tab. VII. XII—XIV.

2) Aliter Apollodorus *περὶ θεῶν* l. XIV, 47 *Καρνεῖος, ἐπεὶ καιόμενος ὁρᾶται ⟨ἀεὶ⟩ νέος*; Jacoby *F. Gr. Hist.* n. 244 fr. 95. Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 89 ss. II 26 ss. 168 ss.

### Nummi.

Aetat. imp. Rom.[1]

| | |
|---|---|
| Æ$_{15}$ Caput M. Aurelii | *Θηραίων*. Apollo cum lucis radiarum corona, nudus, dextra plectrum, laeva — fortasse lyram tenens. — certe Apollo Carneus. |
| Æ$_{12}$ Caput M. Aurelii | *Θηρέων*. Deus archaicus — Apollo Carneus. |
| Æ$_{7}$ Caput Septimii Severi laureatum | *Θηρέων*. Deus nudus galeatus, dextram in pharetra fulciens laeva sublata arcum tenens — Apollo Carneus. |

Nobis accuratius observantibus occurrunt testimonia cultus Apollinis Carnei locis his: in Peloponneso schol. ad Theocr. V 83 b–c s. III$^{a}$, Sicyone Paus. II 10, 2. 11, 2. Epidauri IG IV$^{2}$ 743 s. VI$^{a}$, Spartae IG V 1. 222 s. VI$^{a}$ ex. Callimach. in hymno in Apollinem 71 ss. Paus. III 13, 3. 4. III 14, 6. Bekk. Anecd. I p. 234. Gythii Paus. III 21, 8. Head HN$^{2}$ p. 434 aet. Rom., ad promunturium Taenarum Paus. III 24, 8, Oetyli ibid. III 25, 10, Leuctri ibid. III 26, 5, Cardamylae ibid. III 26, 7, in Laconia Polyb. V 19, 4 s. II$^{a}$, Pharis (Mess.) Paus. IV 31, 1, Oechaliae ibid. IV 33, 4, Andaniae Syll.$^{3}$ II 736 (quater) s. III$^{a}$, IG V 1. 1390 bis s. II$^{a}$, Delphis Diodor. XVI 26, Head HN$^{2}$ p. 341 s. V/IV. Coi Syll.$^{3}$ III 928 s. IV$^{a}$. Rhodi IG XII 1. 705$_{20}$ s. f. III$^{a}$, BCH. V 337 sq., Suppl. Ep. Gr. III 674 ter s. II$^{a}$, Syll.$^{3}$ II 765 s. I$^{a}$, Cnidi *SGDI.* 3527 s. III$^{a}$, Metaponti Head HN$^{2}$ 77 s. IV$^{a}$, denique Cyrenae Pind. Pyth. V 79, Callim. in hymno in Apoll. 75 ss., Plut. symp. VIII 2 p. 717 D, in nummis Cyrenaicis *Schweizerische Numismat. Rundschau* XXI p. 1 ss.

Ad dies festos Apollini Carneo sacros attinet unicus titulus s. f. VI in rupe 'ad viam, quae a fonte *Ζωοδόχος πηγή* versus sepulcretum *Πλαγάδες* fert' *Καρνῆια* 1324 cum Aglotele

---

1) Cf. Mionnet Descript. de medaill. antiq. Grecq. et Rom. 1819 413 sq. Wroth Catalog of the Greek coins of Crete and the Aegean Islands 1886 IX 133 tab. XXIX 13—18. Hiller *Thera* III tab. VI et p. 65. 71. Head HN$^{2}$ 493 (1911).

dedicante. Quod solemne est celebratum apud Lacedaemonios Herodot. VII 206. VIII 72, Thucyd. V 54 s. V[a], Theopomp. apud schol. Theocr. V 83 b, Athen. IV 141 e. f., XIV 635 e. f., Argis Kaibel *Epigr. Gr.* $465_2$ s. II/I, apud Messenios Syll. II[3] $735_{25}$ s. I[a], Cyrenae Pind. Pyth. V 79. Callimach. in hymno in Apollin. 75 ss. Coi Paton-Hicks $38_{11}$ s. IV/III; mensis e diebus festis vel ex deo denominatus occurrit apud Dores Thucyd. V 54, Paus. III 13, 3, schol. Theocr. V 83, Nisyri IG XII 3, 91 s. III/II, Rhodi IG XII 1. 890 s. II, in Creta *Mon. Ant.* I p. 47. Cf. $936_{11}$.

Denique addendum est Apollinis Carnei templum Doricum circa annum 600 a. Chr. n. exstructum in montis qui *Messavunó* dicitur parte, quae inter meridiem ortumque solis spectat, cum loco festo ludis Carneis idoneo.[1])

Alterum cognomen Apollini attributum expressum est voce '*Μαλεάτης*':

*Ἀπόλλων Μαλεάτα(ς)* 372 s. IV[a 2]) Chaerippidis dedicantibus postpositis prope Apollinis Carnei templum ubi in rupe foramen fere quadratum ad donarium aliquod recipiendum destinatum (cf. 356) est. Quod cognomen extra Theram exstat locis his: Piraei Syll. III[3] 1040 s. IV[a], ad Ilisum BCH. I 350 s. IV[a], Epidauri IG IV[2] $96_{29}$ s. IV/III, 128 ter s. III[a], 62 s. II[a], $65_{17}$. $66_{52}$. 135 $II_2$ s. I[a], $127_3$ s. I[p], IV[1] 1011, IV[2] 25. 423. 391. 454, Paus. II 27, 7 s. II[p], IG IV[2] 434. 446 s. IV[p], Spartae Paus. III 12, 8, Prasiis IG V 1. 929 aet. Rom. Pro voce *Μαλεάτης* invenitur *Μαλόεις* Mytilenae Thucyd. III 3 s. V[a], IG XII 2. $484_{20}$ s. II/I, denique dies festi ex epiclesi denominati *Μαλεάτεια* Spartae IG V 1. $213_{59}$ med. s. V[a] accedunt.

Tertium cognomen Apollini attributum *Πύθιος* Therae invenitur bis in decretis: *Ἀπόλλων ὁ Πύθιος*[3]) $1292_{13}$ s. III[a] prope Basilicam, $322_{20}$ s. f. II[a] prope ecclesiam christianam; quae testimonia supplentur Apollinis Pythii statua aetatis incertae *Phirae* reperta.[4]) Iam a saeculo octavo Apollinis Pythii cultus, cuius locus summus Delphis extitit, per Graeciam propagatus est. Ne exempla desint, Athenis IG

---

1) Cf. R. Weil *AM.* II p. 73. Studniczka a. l. 556. Doerpfeld *Thera* I 277 et imago ibid. 278. Hiller *Thera* III 69.

2) *Klio* I 217. *Thera* I 284.

3) Cf. Hom. Il. ι 405. De hoc Ud. de Wilamowitz a. l. II 33. 543.

4) *Thera* III fig. 50.

$I^2$ $761_2$ s. $VI^a$, 310 bis s. V, Thucid. II 15, VI 54, 6 s. $V^a$, Isocr. V 41, Aeschin. III 108, IG $II^1$ 5. 54 $b_{22}$ s. $IV^a$, schol. Aristoph. Equit. 729 IG $II^1$ 5. 4333, IG $II^2$ $680_8$ s. $III^a$, 1135 $C_6$ s. $II^a$, 1136 s. $II^a$ ex. $II^2$ 1184, Paus. I 19, 1. 42, 5 schol. in Lucian. Hermot. 15 s. $II^p$, in tetrapoli Attica, praecipue Marathone IG $I^2$ $190_{13}$ s. $V^a$, Demosth. *περὶ τῶν συμμοριῶν* 39 s. $IV^a$ schol. in Soph. Oed. Col. 1047, Eleusine Syll. $III^3$ $1038_5$ s. IV/III, maxime Delphis Pomtow *Delphica* II 15 s. $VI^a$, Syll. $I^3$ 8 I A. 23a, Suppl. Ep. Gr. III 396 s. $V^a$, Syll. $I^3$ 225, IG $II^2$ 1126 ter, *Delphica* II 51 s. $IV^a$, Suppl. Ep. Gr. III $400_{16}$ s. IV/III, *Delphica* III p. 13. 85, Syll. $I^3$ 398 bis s. $III^a$. 411. $416_5$. $419_5$. 449 B. $483_{30}$. $II^3$ 538 $A_{25}$. $III^3$ $1158_{20}$, IG $II^2$ 680 s. $III^a$, IG XI 4. 1061 bis, Syll. $II^3$ $613_{40}$. $631_5$. 670. 704 B. 826 $C_{13}$, Suppl. Ep. Gr. I 151 s. $II^a$, ibid. 152. $165_3$. $169_8$. $175_{20}$. $178_{21}$ s. $I^a$, 157. 182. $183_{16}$, II $294_{13}$. 295. $301_3$. $302_{10}$. $303_2$. 304. 305. 306. 310 s. $I^a$/$I^p$, Plut. Moral. III 35 c. 17 (511 A) 1929, Head $HN^2$ p. 342. 816,[1]) Thebis IG VII 2524 s. II/$I^a$, Orchomeni Pind. Ol. XIV 11, Tegyrae Plut. Moral. III 26 c. 5 (p. 412 D), Elateae IG IX 1. 144 s. $II^p$. Argis Diodor. XII 78 s. I/II. Epidauri IG $IV^2$ 142 s. $VI^a$, 429 s. $IV^p$. Trozene Paus. II 31, 8. Spartae IG V 1. 219 s. $V^a$.[2]) Amyclis schol. Pind. Isthm. VII 18 a s. $IV^a$. Tegeae Paus. VIII 54, 5. Lycosurae ibid. VIII $38_8$. Olympiae ibid. V 15, 4.[3]) Larisae IG IX 2. 588. Magnesiae *IvMg.* 16 s. $III^a$, 98 s. $II^a$, Chalcide IG $I^2$ 190 s. $V^a$. Aeginae Pind. Nem. III 70. Deli *Inscr. de Dél.* 290 bis s. $III^a$, IG XI 2. 163 B, XI 4. $1027_{11}$ s. $III^a$, 1061 bis s. $II^a$. Cei IG XII 5. 1097 s. I/II. Amorgi IG XII 7. $246_3$ s. $III^a$. Ii *OGIS.* II $773_{13}$ s. $IV^a$. Coi Cauer-Schwyzer Del.[3] 248 s. $V^a$. Rhodi IG XII 1. $705_{18}$. 836 s. f. $III^a$. Pomtow *Delphica* III p. 73 sq. s. $II^a$. Lesbi *OGIS.* I 8 s. $IV^a$. Thasi BCH. LII p. 51 s. $II^a$. Cypri IG II 264 s. $III^a$, in Asia Theopomp. Phil. XL, *F. Gr. Hist.* 115 fr. 19 ed. Jacoby s. $IV^a$, Athen. VI 20 p. 231 E — 232 B, Head $HN^2$ p. 661 s. $II^p$, in Caria Phlegon *περὶ θαυμασίων* 257 fr. 36 III 13, *F. Gr. Hist.* ed. Jacoby, Suppl. Ep. Gr. IV 179 s. II/I, in Pamphylia Head l. c. 704 s. $II^p$, apud Julietas (Cei) IG $II^2$ 111 s. $IV^a$, Zeleae Syll. $I^3$ $279_{35}$ s. $IV^a$, Attaliae Kaibel *Epigr. Gr.* 1038 n. VI s. III/II, Sillyi *IGAntiqss.* 505 s. VI, Alexandriae Head $HN^2$ p. 862 aet. Rom.,

[1]) Cf. Geffcken *Gr. Epigr.* 173 s. $III^a$. [2]) Cf. Diodor. XII 78.

[3]) Cf. in Locride *SB. Berl. Akad.* 1927 p. 8 s. $V^a$.

Romae IG XIV 1050, Plut. Sull. 29, Selinunte IG Antiqss. 59 s. VI, in Creta Syll. I$^3$ $524_{15}$, *Mus. It.* III $563_1$ s. III$^a$, Cauer Del.$^2$ 117, *SGDI.* III$^2$ 5039 s. II$^a$, Anaphae IG XII 3. 268 s. IV$^a$, 269 s. III$^a$, 270 s. II, Cyrenae in decreto Ferri *Alc. iscr. di Cir. SB. Berl. Akad.* 1925 n. 5 II p. 21, 18 s. IV$^a$; *Πυθαεύς* loco vocis *Πύθιος* legitur prope Hermionen Paus. II 35, 2, Asinae ibid. II 36, 5, Spartae ibid. III 11, 9, Thornaci ibid. III 10, 8, Rhodi Syll. II$^3$ $765_{25}$, 735 s. I$^a$ (sine dei nomine), *Πυθαῖος* scribitur Delphis Syll. II$^3$ 550 s. III, *Πυθέος* Deli *Inscr. de Dél.* 313 $a_{105}$ s. III, *Πυθεύς* Epidauri Thucyd. V 53, Argis Pind. papyr. Oxyr. 416, 12. Delubrum autem ex Apolline Pythio denominatum *Πυθικόν* vel *Πύθιον* — Therae fortasse templum talis nominis s. IV$^a$ erat[1]) — occurrit in Macedonia Steph. Byz. s. v. *Πύθιον*, Deli IG IX 2. 144 A s. II, 165. 219 $A_{41}$. 227 A ter. $228_8$. 229 $A_{17}$. 270 a s. III$^a$, *Inscr. de Dél.* $290_{229}$. $312_4$. 313 $\lambda_{20}$. 354. 366 $A_{49}$. 370. 371 A ter s. III/II, in Lydia Theopomp. 115 fr. 19 *F. Gr. Hist.* II b 576 Jacoby. Postremum cognomen Apollini attributum est *Στεφανηφόρος* 1346 s. III$^a$ in Artemidori fano; sub qua voce[2]) Apollo invocatur cognomine anteposito Prienae *IvPr.* $44_{32}$ s. II$^a$, Mileti Syll. II$^3$ $588_{85}$ s. II$^a$ [3]) sine nomine divo Athenis IG II$^2$ $1013_{33}$ s. II/I. $1028_{30.46}$. $1029_{18.24}$. $1030_{28.35.41}$ s. I$^a$.

Iam afferuntur inter cognomina nomine Apollinis et dedicantis bis 450 d. 412 omisso additoque bis 537. 551 dedicantis nomine haec:

*Ἀγυ[ιεύς]*[4]) 450 d in vico *Megalochorio* vocato prope ecclesiam *S. S. Anagyrorum* columnae Doricae incisus; sub quo cognomine Apollo colitur Athenis Demosth. XXI 52, Acharnis Paus. I 31, 6, Trozene IG IV$^1$ 823 s. IV$^a$, in Argolide Paus. II 19, 8, Messenae IG V 1. $1426_{33}$ s. IV, 1441 a s. III, in Arcadia

1) *Thera* I 172. 254–258. III p. 64. 70 sq., cf. titulum $322_{20}$ (1292) s. II$^a$.

2) In Apollinis cultu dedicans quoque se ipsum *στεφανηφορήσαντα* Aegialae IG XII 7. 416. 417, Calymnae BCH. VIII p. 45 s. III$^a$ dicit; cf. Deli *Inscr. de Dél.* $354_{63}$ *Ἀπολλωνίοις θῦμα Ἀπόλλωνι ... σ[τεφα]νώματα ἐπὶ βωμούς.*

3) *στεφανηφόρον θεόν* (sc. *Ἀπόλλ.*).

4) De vocis interpretatione cf. Aeschyl. Agam. 1080. 1086. Cornut. Theol. Comp. c. 32 p. 69, 9—17. *Ἀγυιεὺς δ' ἐκλήθη δεόντως ἱδρυθεὶς ἐν ταῖς ἀγυιαῖς· καταυγάζει γὰρ ταύτας καὶ πληροῖ φωτὸς ἀνατέλλων ὡς ἐκ τῶν ἐναντίων εἴρηται τὸ* (*Οδ. β* 388) *'δύσετό τ' ἠέλιος σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί'.*

Paus. VIII 32, 4, Tegeae ibid. VIII 53, 1.[1]) Ambraciae Head l. c. p. 320 s. III/II. Apolloniae (Illyr.) ibid. p. 314 aet. imp. Orici (Illyr.) ibid. p. 316 s. III/II. Thebis ad Mycalen *IvPr.* $363_{11}$ s. IV$^{a}$.

*Αἰγλάτα(ς)* 412 s. VI/V, eo loco ubi murus *λουρί* vocatus oriri incipit.[2]) Cognominis originem Anaphae quaeri necesse est. Apoll. Rhod. IV 1714—1729. 1694, Apollodor. bibl. I 139. Strabo geogr. 484; Cornut Theol. Comp. c. 32 p. 67, 2—7; accedunt cultus testimonia eiusdem insulae Head HN$^{2}$ p. 482 s. III$^{a}$, IG XII 3. 260 s. III$^{a}$; praeterea cum nomine Apollinis ibid. 256 s. III$^{a}$ in. $248_{8.27}$ s. f. II$^{a}$. 249 bis. 259 s. I$^{a}$.

*Δελπhίνιο(ς)* 537 veterrimae aetatis rupi supra epheborum gymnasium a Crimone altero loco se significante incisus legitur inveniturque Athenis Plut. Thes. XIV 5, Paus. I 19, Erythris Collitz-Bechtel IV p. 879 s. V, Delphis Head l. c. p. 341 s. V, 339 s. IV, ad sinum Crisaeum schol. ad Lycophr. Al. 207/8.[3]) Ethymol. Magn. s. v. *Δελφίνιος*, Servius ad Vergil. Aen. III 332, Larisae IG IX 2. $508_{43}$ s. II$^{a}$, Aeginae schol. ad Pind. Nem. V 81 a, Mileti Cauer-Schwyzer Del.$^{3}$ 725 s. VI/V, 726 med. s. V, Syll. I$^{3}$ 507, II 577. 85 s. III$^{a}$, $633_{2}$. 115 s. II$^{a}$, Ephesi Strabo 179, 4, in Creta Syll. I$^{3}$ 527 s. III$^{a}$, fortasse Cyrenae Ferri[4]) *SB. Berl. Akad.* 1925 n. 5 II p. 21 s. IV$^{a}$; mensis eponymus *μὴν Δελφίνιος* $330_{63}$ s. III$^{a}$ reperitur in Epictetae testamento.

*Λύκειο(ς)* 551 antiquissimis litteris rupi supra epheborum gymnasium ab Epilyco dedicante et se ipsum primo nominante incisus obviam it. Saepius quam Delphinius Apollo invocatur *Λύκειος* vel *Λύκιος*[5]) Athenis Xenoph. Hist. gr. I 33 schol. in Soph. Oed. R. 919 Lucian. Anacharsis 7, Paus. I 19, 3, Piraei Xenoph. l. c. II 4. 27 prope Aphidnam IG I$^{2}$ 873 s. V$^{a}$, prope Megara sine dei nominis, IG VII 35 s. VI/V, Sicyone

[1]) Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 327 adn. 3.

[2]) *Thera* I 351. 357.

[3]) ... *ἢ ὅτι Κασταλίῳ τῷ Κρητὶ ἀποικίαν στελλομένῳ ὁ Ἀπ. ἢ ἐπὶ δελφῖνος ὀχούμενος ἢ ὁμοιωθεὶς δελφῖνι προηγήσατο τῆς νεὼς ἕως τοῦ Κρισαίου κόλπου καὶ τῆς Φωκίδος* ...

[4]) *[ὁ ἐν Δελφοῖς]* Ferri cf. Athenis Demosth. XXV 34 schol. V Arist. Nub. 508 s. IV$^{a}$ (Jacoby II a p. 484).

[5]) De vocis '*Λύκειος, Λύκιος* aut *Λυκηγενής*' interpretatione difficili incertaque Macrobius Saturn. I 17, 36 Heraclit. Quaest. Hom. 6—7, p. 11, 10—12, 6 Oelm. apud Jacoby *F. Gr. Hist.* II b p. $1054_{89}$.

Paus. II 9, 7, Epidauri IG IV² 2, V 590 s. IV$^a$, apud Argivos Aeschyl. Agam. 1257, Soph. Electr. 675. Argis Cauer-Schwyzer Del.³ 90. 91 s. III, *Ἐφ. ἀρχ.* 1885 p. 57, IG IV $559_{11}$ s. III/II, Paus. II 19, 3. 4, VIII 40, 5. 46, 3, Plut. Pyrrh. 31/2, Lernae Kaibel *Epigr. Gr.* $821_6$ s. III/II. Spartae Alcman fr. 73. 83 ed. Bergk s. IV$^a$, Erythris Syll. III³ 1014 a s. III, Thebis Aesch. Sept. 145, Soph. OR. 203. 919, in Phocide schol. Pind. Pyth. I 74, Rhodi Xenagor. chron. I 204 fr. 4 *F. Gr. Hist.* ed. Jacoby, Eresi IG XII 2. 526 b 31 s. IV, Calymnae si vis Cnidi Syll. III³ 953 s. II$^a$, Thasi BCH. LII p. 58 s. I$^a$, Zelaeae quae Lycia dicitur (Aeol.) Arrian apud Eustathium Hom. Il. *β* 824 p. $354_{14}$ (Jacoby II b p. 870), Metaponti IG XIV 647 s. VI/V, sine nomine divo Seleuciae Syll. II³ $644_{10}$ s. II$^a$, in Syria Phlegon. Trall. 257 fr. 36, 14. *F. Gr. Hist.* Jacoby II b p. 1178.

Cum in titulo 551 deus cognomine *Λύκειος* cum dedicantis nomine audiat, eius cultus locus *Λύκειον*,¹) quod dicitur, 389 s. VI non longe a titulo 551 ara lapidis nigri, qualis prope montem flammam eructantem esse solet, excavatique per Hermotimum describitur; quo in foramine escharae, quae dicitur, ignem perpetuo²) arsisse opinari debemus. Quae opinio pari consuetudine Cyrenae Callim. in hymno Apollin. II 83: '*ἀέναον πῦρ οὐδέποτε χθιζὸν περιβόσκεται ἄνθρακα τέφρῃ*' niti potest. Extra Theram *Λύκειον* Athenis Xenoph. Hipparch. III 1, Delphis Pomtow Wkl. Ph. 1909 p. 223, Geffcken *Gr. Epigr.* 27 s. VI$^a$, Epidauri IG IV² 642 s. III/II, in Thessalia Choeroboscus in Crameri anecd. Ox. II $237_2$,³) Amorgi IG XII 7. $1_4$ s. V$^a$, Cnidi *SGDI.* 3591 s. II$^a$, in Syria Phlegon. Trallian. *περὶ θαυμασίων* n. 257 fr. 36 III 14, *F. Gr. Hist.* II b p. 1178 ed. Jacoby invenimus. — Ceterum nummi ad Apollinem *Λύκειον* attinentes nondum reperti sunt.

Iam addenda sunt nomina theophora ad Apollinem relata: inter ea id, quod etiam priscam formam *Ἀπέλλων* conservavit: *[Ἀ]πελλᾶ[ς-]* 1305. 630, 1397 *Ἀπελ-* $327_{295}$, *Ἀπε-* $327_{156}$ — ea, quae posteriorem formam usitatam praebent: *Ἀπολλόδοτος*

¹) Corr. de Hiller. ²) De igne aeterno Paus. II 19, 5.

³) *Λύκειον ἔστιν δὲ τόπος τῆς Θεσσαλίας, ἔνθα λύκος ἐπιὼν τοῖς τοῦ Πηλέως βουσὶν ἀπελιθώθη*, aliter Hesych. *Λυκεῖον ποτὸν ἀπὸ κρήνης τῆς ὑπὸ Ἀπόλλωνος εὑρεθείσης.* Quae interpretatio est digna quae praeferatur spectatque fortasse ad fontem, qui *Ζωοδόχος πηγή* nominatur.

$1320_8$. 327 bis. $320_8$ s. III[a]. 1584 *-δωρος* 336, *Ἀπ[ό]λ[λ]ο-* 338 B. 463, *Ἀπολ-* 1578, porro *Ἀπολλω-νία* 904. 1302, *-νίδης* 327. $682_3$ (251 Anaphae), *-νιος* 327 septies decies. 330. 333. 421 a. e. 534. 464. 1390 (466). 1297. 1333. 1335–1339. 1341–1350 s. III[a], 1388. 1304. 1302 bis s. III/II, 1298. 460 (662). 634 bis. 477. 706. 872. 679. 392 $C_1$ aet. Rom. (251 Anaphae), *Ἀπ.* 327 bis.

Ad Apollinem cum cognomine spectant: ad *Ἰσμήνιον*, Thebis Herodot. V 59. VIII 134, *Ἰσ.* $327_{229}$; ad *Καρνεῖον* 1294, *Καρνεᾶς* 845 s. VI; ad *Πύθιον* 1292, *Πυθ-αγόρας* 835. 327, *-αρχος* $332_4$. 1297, *-έας* $333_2$, *-ηΐς* Anaphae 274, *-ιάς* 1302, *-ιόνικος* 336. 1302, *-ίων* 1298, *-οκράτης* 630. $662_4$. 672. 698. 680. 687. 704. 705. 723. 729 III. 758. 1535. 1605, *-όκριτος* 719. 611. 627. 1505, *-ῶναξ* 327,[1]) *Πυθο-* 1548, *Πυθ.* 327, *Πυθ-* 733.

Cum in prisco cultu Iovis Curetisque nomen ipsum quater aut ter (Cures) forma integra nominativi vel vocativi sine dedicantis nomine reddatur, hoc dedicationis genus aetate antiquissima praeter Minervam 364 apud Apollinem semel 356 in eadem regione invenitur. Memorabile autem est alio loco i. e. prope epheborum gymnasium titulis, qui et ad dei ipsius nomen 536 et ad eius cognomen solum adhibitum *Δελφίνιον* 537 — utrumque in accusativo positum — spectent, iam interiectiones *μά* (536), *ναί* (537) quae apud scriptores Atticos saeculi quinti sive in oratione sive in iuramento usitatae sint, non deesse. Prope titulos antiquissimos 350–363. 364–371 septentrionem fere versus primum veterrimumque delubrum omnium templorum minime Therae omnino ordine Dorico circa annum 600 a. Chr. n. i. e. duobus fere aut uno saeculis post titulos — exceptis numeris 362. 363. 364. 367. 369 — aut eodem tempore ac 363, sed prius quam tituli 367. 371 — 383, templum Apollinis Carnei ab incolis colonis immigrantibusque[2]) exstructum est. Extra urbem supra mare in clivo situm templum eminebat in solitudine, in quam se recipientes Theraei adorandi officiis fungebantur; pantheon verum vel deorum forum (*ἀγορά*) erat iam fictum; inter quos Juppiter,[3]) Cures,

---

[1]) Cf. E. Sittig, De Graecorum nominibus theophoris, diss. Hal. XX 1, 1911, p. 53.

[2]) Hiller de Gaertringen *Arch. Kultur* p. 21 sq. *Thera* I 151. 275 —283, III 69.

[3]) Ζεύς 350–353. *Ζη(ὺς) Π(ολιεύς)* 375. *Πολι[ε]ύς* 363. *Στοιχαῖο(ς)* 376.

Apollo Minervaque, postea Neptunus 362, de quibus est supra dictum, Mercurius, Chiro 360, Furiae, Dioscuri, Aquilo 357, Biris 365, Lochaea Damia, Proserpina 1311 (371) postea Diana (373. 381), etiamsi ex Dionis columnae forma Dorica aetas maior concludatur licet, postremo Tellus (374), Aesculapius 379 de quibus infra dicetur, nobis occurrunt. Insula tota Apollini, Dorum deo principi, dedicata eamque ob rem sacra erat.[1] Praeter templum in Apollinis Carnei cultu in eadem fere regione sacer fons, qui *Ζωοδόχος πηγή* nominabatur, neque longe ab eo locus festus, ubi dei honoris causa ludi Carnei (1324 s. VI) conviviaque publica[2] 1324. 1294. 335 $B_1$ s. f. $\text{II}^{a}$ praebebantur, magni momenti fuerunt. Eisdem fere temporibus quibus templum Carneum aedificabatur, rex Grinnus, unus ex posteris herois eponymi Therae, hecatomben sive boum sive aliarum rerum ab insula abductam Delphis deo Pythio vel Delphico sacrificavit.[3] Si vere ex muri templum aggeremque fulcientis structura egregia tituloque 1292 (321) hoc loco invento, nisi aliter ablatus est, Apollinem Pythium eodem loco cultu usum esse recte concludere nobis licet;[4] prope ecclesiam posteriorem Christianam i. e. Basilicam orientem versus Apollinis Pythii templum — forsitan *Πύθιον* nominatum sit — quod cum Apollinis Carnei templo directionem in meridiem ortumque solis vergentem duasque portas — alteram iuxta alteram sitam — in pariete paulum lato exstructas communicabat, medio fere saeculo sexto (c. 550) aedificatum esse necesse est. Haec erat aetas, qua Therae iam cognomen *Ἀγυιεύς* 450 d, nisi *Ἀρϛhαγέτας* 762 et Suppl. p. 326, solum ad Apollinem post exitum colonorum Pind. Pyth. V 60, quibus specie corvi praevolans[5] viam in Africam demonstrabat, delatum erat. Denique vix dubitari potest, quin cultus Apollinis Lycei[6] 389. 551 supra epheborum gymnasium apud Theraeos veterior quam cultus Apollinis Aeglatae 412 supra mare

---

[1]) schol. ad Pind. Pyth. IV 10 b. *Ἱεροκλῆς δέ φησι τοὺς ἐκ Λακεδαίμονος ἐποικίσαντας Ἀπόλλωνι αὐτὴν ἀνιερῶσαι.*

[2]) *δείπνιξεν ἐδαμοθοίνησε.* [3]) Herodot. IV 150.

[4]) *Thera* I p. 254–258, III 70 sq. *AM.* XXI p. 257.

[5]) Ud. de Wilamowitz *SB. Berl. Akad.* 1921 p. 953. Callimach. ep. II 66 Wilamowitz. schol. Arist. Nub. 113.

[6]) *Λυκηγενής* Ilias *δ* 101. *ι* 119. *π* 514.

ad collis fastigium arduum adversus insulam Anaphen fuerit. Apollo Dianaque cultu coniuncti, Deli IG XI 3. 163 B$_{12}$. 199 A$_{20}$. 203 B$_{80}$. 208$_{13}$. 219$_{7}$ et IG XI 4. 559$_{23}$ s. f. III$^{a}$, 702$_{3}$ s. III, 1163. 1186, aut Apollo Mercuriusque, Deli IG XI 4. 1156 s. III, 1151. 1152. 1153. 1154 s. II Therae fuisse non affirmantur.

## Diana.

Prope Apollinis Carnei templum dea bis culta est sine dedicantis nomine: *Ἄρταμις* 373 s. IV/III et inter Basilicae urbisque marginem, quae inter solis occasum meridiemque spectat, 1327 s. f. II$^{a}$, fortasse prope Basilicam 413 s. II/I.

Eidem deae dedicant nomine proprio anteposito *Κλεοδαίς* 1326 s. IV infra forum adque viam, quae ab Apollinis Carnei fano in urbem fert, *Δίων* 381 s. III.

Accedunt tres tituli quibus Therae mensis deae honoris causa denominatus *Ἀρταμίτιο(ς)*[1] 452 s. f. IV$^{a}$ rupi ante specus portam, 996 s. IV/III amphorae incisus aut *Ἀρτεμίσιο(ς)*[2] 436$_{15}$ s. IV$^{a}$ stelae insculptus commemoratur.

Inter cognomina diva occurunt:

Primum *Ἐνοδία* 1328 s. f. II$^{a}$ in regione muri recentioris casae phalli imagine ornatae;[3] item vocatur Diana Epidauri IG IV$^{2}$ 274 s. IV$^{a}$, 273 s. IV/III, 500 p. Chr., Opi (Loir.) IG IX 1. 281 s. II/I, in Thessalia Pheris Head HN$^{2}$ p. 308 s. IV$^{a}$, sine nomine divo IG IX 2. 421 s. II$^{a}$, Larisae ibid. 575 s. V$^{a}$, 577 s. II$^{a}$, 576. 578 aet. Rom., Pagasis ibid. 358 s. II$^{a}$, Pythii Perrhaebi ibid. 1286 s. I$^{a}$, Orei (Eub.) IG XII 9. 1193[4] s. II$^{a}$, in Aegypti vico Copti *OGIS.* I 53, 3 s. III$^{a}$.

Deinde *Περγαία* titulo 494[5] s. III cum nomine sacerdotricis *Τελεσίδα φίλανδρο(ς)* ad aedem *S. Ioannis* inter *Emporium Stephanique* montem sitam et in fano Artemidori 1350 s. III. Quae epiclesis demonstrari potest extra Theram nusquam nisi

---

[1]) Cf. Epidauri IG IV$^{2}$ 40$_{6}$ s. V/IV, 195 s. I$^{a}$. 493 s. I$^{p}$, ad hoc: IV$^{1}$ 440. 513. 577. 763. 770. Coi Paton-Hicks *Inscr. of Cos* 382 s. III/II. 43 s. II; Rhod. IG XII 1. 891$_{3}$ s. II$^{a}$, Syll. II$^{3}$ 723 s. II/I. 725 s. I$^{a}$, IG XII 1, 3 s. I$^{p}$.

[2]) Cf. Athenis Thucyd. V 19; Ephesi Syll. II$^{3}$ 867 s. II$^{a}$; Tauromenii Syll. II$^{3}$ 954 s. I$^{a}$.

[3]) *Klio* I 224.

[4]) Dubitat de lectione Udalricus de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I p. 175 adn. 1.

[5]) Cf. Ud. de Wilamowitz l. c. II 388 et adn. 3.

Rhodi et in Asia: Lindi IG XII 1. 784 s. III/II, Pergae Head HN² p. 701 s. I/II, inter Pergam flumenque Cestrum Strabo 667, Halicarnassi Syll. III³ $1015_5$ s. III/II, Suppl. Ep. Gr. II nr. $705_{20.24.32}$ s. I^a, 708 s. II^p, in Pisidia Head HN² p. 706. 708. 709. 712 aet. Traj., in Pamphylia Head HN² p. 701 s. I/II^p.

Tertium cognomen Dianae Therae occurrens est Σώτειρα 414 s. I^a ad viam principalem orientem versus, cum dedicantis nomen desit, item 1328 s. f. II^a loco a Friderico de Hiller reperto neque accuratius significato. Diana Servatrix extra Theram audit Athenis IG II 1² $1343_{24}$ s. I^a, IG II 5. 1620 e aet. Rom., Thisbis (Boet.) IG VII 2232 s. III^a. 2234 s. II/I, Daulide IG IX 1. 67 s. III^a, Megaris IG VII 16 $b_{10}$ s. III^a, ibid. 112 aet. Rom., Paus. I 40, 2, Head HN² p. 394 aet. imp., Epidauri IG IV¹ 775 s. III^a. 1199 s. III/II. 1200 s. II^a. 1286 aet. Rom., Epidauri IG IV² 506 s. f. I^p. 516, Trozene Paus. II 31, 1, Boeis Paus. III 22, 13, Tegeae IG V 268 s. II^a. 84 b s. II^p, Megalopoli Paus. VIII 30, 10, Phigaliae ibid. 39, 5, Pellene ibid. VII 27, 3, Magnesiae (Thess.) IG IX 2. $1111_{30}$ s. III/II, in insulis: sine deae nomine Meli IG XII 3. 1671 s. IV/III, Anaphae ibid. $268_3$ s. IV/III. 269 s. III. 270. 271 s. II, Rhodi IG XII 1. 915 a s. III^a, in Italia: Agrigenti Head HN² p. 123 s. III^a, Syracusis ibid. p. 182 s. IV/III, in Africa prope Alexandriam: *OGIS.* I 18 s. IV/III, Strabo XVI 4, 7 p. 770.

In Dianae cultu cognomen Σώτειρα comprehenditur altero quoque loco primum cum *Εἰνοδία* titulo 1328 s. f. II^a nomine deae postposito, alias nomine divo anteposito cum *Περγαία* 1350 s. III^a secuto dedicante ad viam, quae in iugo *Σελλάδα* dicto per fauces in urbem fert.

Praeterea invocatur Therae Diana *Τριοδεῖτις*; quod cognomen deae nomini antecedens sequensque dedicantis nomen invenitur prope portam septentrionalem aedificii eius, ubi carmen philosophicum 1329 s. f. I^p repertum est; in cultu ipso Diana perraro sub cognomine *Τριοδεῖτις*, cuius loco apparet Hecata[1]), audit.

Similia de cognominibus *Φωσφόρος* et fortasse *Φεραία* dici potest. Primum cognomen deae attribuitur titulo saepius citato 1328, in Aegypto *OGIS.* I 53, 2, s. III^a, alterum eodem

---

[1]) Cf. infra de Diana Hecataque infra p. 64.

versu supplendo: *[χαῖρε Φεραία].*[1]) Ita fit, ut hoc loco i. e. versu Diana tria nisi quattuor cognomina accipiat: *Εἰνοδία, Σώτειρα, Φεραία, Φωσφόρος;*[2])

inter quae *Φεραία* occurrit Athenis Paus. II 23, 5 s. II^p^, Sicyone ibid. II 10, 7. 23, 5, Argis ibid. II 23, 5, praecipue in Thessalia Paus. II 23, 5; aliter *Ἑκάτη Φεραία* Coi schol. ad Theocr. II 36 a. Hesych. *Φεραία· Ἀθήνησιν ξενικὴ θεός, οἱ δὲ τὴν Ἑκάτην.*

*Φωσφόρος* i. e. Lucifer Athenis IG II² $902_8$ s. II^a^. $977_8$ s. II^a^, prope Munichiam Clemens Strom. 418 P. Thebis IG VII 1328 s. II^a^, Paus. IV 31, 10, Erythris Syll. III³ 1014, 135 s. III^a^, Mopsi (Thess.) IG IX 2. 1060 s. II/I. 1061 s. I^a^. 1063 s. I/II^p^, Deli *Inscr. de Dél.* n. 316, 87, IG XI 4. 1275. $1276_2$ s. III^a^, in Sicilia schol. in Theocr. II 12 e, Byzantii Head HN² p. 270 aet. imp. Rom. Cf. Eratosthenes apud Steph. Byz. s. v. *Αἰθόπιον*[3]), Eust. Il. *α* 206 p. 86, 34 (II b 1125).

De Diana cogitare possumus, si quis dedicans anonymus rupi ad viam, quae ab Apollinis Carnei fano in urbem fert i. e. prope titulum 381 bis titulum *Καλά* 380 b. c s. f. III^a^ incisit. Melius saepiusque quam *Καλά* spectat ad Dianam vox *Καλλίστη*, Athenis Paus. I 29, 2, Syll. I³ $486_5$ s. III^a^, Tricolonis (Arcad.) Paus. VIII 35, 8.

Idem valet apud cognomen usitatum *[Ὀρ]θία* 415 s. V^a^ intra Basilicam; Diana enim *Ὀρθ(ε)ία* occurrit praecipue Spartae Alcman fr. 23 s. VII Bergck⁴, IG V 1. 252 a. b, Suppl. Ep. Gr. II 66 s. VI, IG V 1. 253. 255. 1588 s. IV, sine deae nomine Xenoph. Resp. Lac. II 9 s. IV, Kaibel *Epigr. Gr.* 806 s. III/II, IG V 1. 293. 296. 298 s. f. II^a^. 273. 275. 278. 280 bis. 281. 288 s. I^p^. 276. 277 a. b s. I/II. 282. 287. 289, *JHS.* 1929 Suppl. 5 p. 316 s. I^a^, Plutarch. Thes. 31, inverso ordine idem Inst. Lac. p. 239 C, Paus. III 16, 7 s. II^p^, IG V 1. 314. 351. $599_7$. $602_{5/6}$ s. III^p^, Kaibel l. c. 874 s. II/III, Epidauri IG IV² 495 s. II^p^, praeterea invenitur *Ὀρθασία* Spartae IG V 1. 1572 s. VI^a^, 1588 prope Bassas (Arc.) IG V 2. 429 s. V^a^, *-θωσία* Athenis schol. Pind. Ol. III 54 a, Megaris IG VII 113 s. f. II^a^, Kaibel

[1]) Udalricus de Wilamowitz Suppl. p. 296.

[2]) Cf. schol. Theocr. II 11/12 c; schol. in Aristoph. Lysistr. 443; in locum Dianae Hecata aut Luna succedere potest.

[3]) ... *οἱ δὲ ὅτι ἡ αὐτή ἐστι τῇ Ἑκάτῃ, ἥτις ἀεὶ δᾷδας κατέχει.*

l. c. $870_2$ aet. Rom., Epidauri IG IV² 381 s. III$^p$, Spartae Pind. Ol. III 30, ad montem Orthosium in Arcadia schol. Lyc. 1331, apud Eleos Didymis in schol. Pind. Ol. III 54 a, denique prope Byzantium Herodot. IV 87.

Nomen theophorum *[Τρ]ιοδῖ[τις]* 1325 in urbe antiqua inventum exemplo tituli 1329 non minus ad Hecatam[1]) quam ad Dianam referri potest. Iam addenda sunt nomina theophora ad Dianam ipsam spectantia: *Ἀρτεμίδωρος* 1330–50. $1327_{25}$ s. III, 421 a. b, 4 e, 422. 1345. 1388. 863 s. III$^a$, 834 s. II, 382. 623 b. $681_4$. $606_{\text{apud } 21}$ aet. Rom., *Ἀρτέμων* $327_{232}$ s. III, *Ἀρτεμώ(ν)* $1303_{25}$ s. II, *Ἀρτεμ.* $1304_{13}$, *Ἀρτ.* 1510, cf. *Ἀρτεμεισία* Anaphae 1265.

Referri autem possunt: Ad *Ἐφεσίαν*, cultam Megalopoli Paus. VIII 30, 6, Elide ibid. V 6, 5, in Macedonia Plut. Al. 3, ad Pontum Euxinum Ephesique Thucyd. VIII 109, Xenoph. anab. V 3, 4, Arrian. anab. I 17, 110. 18, 2, Strabo 639, Suppl. Ep. Gr. II 534. IV 553, *Ἐφέσιος* 105. 1303; *Καλήν* 380, *Καλλίβωλος*[2]) 662. 729 s. III, 758. 335 $B_{17}$. 672. 634. 645. 656. 1302. 1506. 1535. 1605, *Κάλλιστος* 474, *Καλλίστη*[3]) Herodot. IV 147, Strabo 347. 837; *Μουνιχίαν*, cultam Epidauri IG IV² 404 s. III$^p$, Astypalaeae IG XII 3. 1286 s. II$^a$, Pygelis (Ion.) Head HN² 590 s. IV$^a$, Strabo 639, apud Graecos Suidas s. *ἀνάστατοι*,[4]) *Μούνιχος* $327_{23}$; *Περγαίαν* 494, *Περγαῖος* $1333_2$. 1335–39. 1350, *Πε.* 987 c.

Respicientes ad omnia Dianae cultus testimonia[5]) possumus haec concludere: primum eam non longe a templo Apollinis Carnei sub imagine columnae e rupe caelatae, cum demum postea dedicantes Dion 381 aut alio loco vicino anonymus 373 accesserint, in opinione incolarum veterrimorum vivacem fuisse, deinde certe ex saeculo quarto infra forum non longe a Basilica summum eius cultus locum situm fuisse; praeter titulos 1326. 1327. 1328. 1329. 413 fortasse 452 effossos inventas eodem loco statuas, sive ad *Κουροτρόφον*[6]) (fig. 43)

---

[1]) Cf. infra p. 64.

[2]) Vox *βῶλος* admonet rursus de nomine Therae, cum e glaeba orta esse dicatur.

[3]) Nomen Therae veterrimum.

[4]) Cf. Apollodor. *Περὶ θεῶν* 244 fr. 152 *F. Gr. Hist.* II 6 p. 1087 Jacoby.

[5]) Cf. ad hoc *Thera* III 163.

[6]) Diodor. V 75, Hesych. s. v. *κουρεῶτις*.

sive ad venationis deam (f. 149. 150) pertineant, ei dedicatas esse; basis partem superiorem foramine idoneo ad parvam unam ex deae statuis aut simile donarium inserenda esse affectam 1328; parietinas Dianae templi, quamquam testimonia ei existendo non obstent, tamen ab investigatoribus nondum inventas esse;[1]) denique bis nisi ter ad viam sive principalem orientem versus 414 sive ad eam, quae a iugo *Selláda* dicto in urbem ferat — fortasse ad viam, quae in vicum *Kontochóri* dictum ferat 436 — eius honoris causa titulos arae vel alii rei consecratae incisos esse; Cyrenae deae cultum praecipue floruisse.[2])

## Vulcanus.

Tituli ipsi desunt; afferri autem debent nomina theophora haec: *Ἡφαίστιος* $1291_{15.27.32}$ s. III[a], *Ἡφαιστίων* 831. $339_{22}$ s. I[p], 885 aet. Christ. Quantum cognomina deo attributa respiciuntur, pro certo quidem non habendum est, sed nomina *Δαΐφρων* 813 ad Vulcanum *Δαίδαλον* vel *πολύφρονα* Odyss. ϑ 297. 327, *Πολυμήδην* 1555 ad deum *πολυμήτιον* Iliad. φ 355, porro pedum vestigia rupi apud Apollinis Carnei templum incisa 384/8 s. III[a] 'ex quibus uni vox *χηνόπους* cum dedicantis nomine *[Μ]ελίτιον* 388[3]) inscripta insolitam pedis i. e. anseris formam indicare videatur' ad cultum Vulcani[4]) *χωλοῦ* Iliad. υ 36 sq. referre licet; etsi non ad cognomina ipsa, at certe ad dies festos deo consecratos *λαμπαδηφορίην* vocatos Herodot. VIII 98 nomen antiquissimae aetatis *Λαμπσαγόρας* 1450 (590) spectat; fortasse nomen *Πύρρας* 1468 ratione quadam cum ignis deo cohaeret;[5]) praeterquam quod angustissime Argonautarum fabula Pind. Pyth. IV 9 ss. utramque insulam Lemnum,[6]) e qua quod oriatur deus artifex gloriatur,[7]) Theramque, quae usque

---

[1]) *Klio* I 224.

[2]) Cf. Athen. XII 73 p. 549 E. Ud. de Wilamowitz *SB. Berl. Akad.* 1927 p. 164 § 13 $B_5$. 166 § 15, 16.

[3]) Hic titulus in vico *Μεροβίγλι* vocato, quo ex vetere urbe auferebatur, exscriptus est.

[4]) Fridericus de Hiller de Aesculapio cogitat.

[5]) Cf. Iliad. φ 342; Odyss. ω 71.

[6]) Head HN[2] p. 262 sq. s. IV usque ad aetat. imp. Rom.

[7]) Schol. Pind. Nem. IV 81.

ad diem hodiernum igne inferiore vexatur, attingit,[1]) etiam considerandum est denique fieri posse, ut numerosae arcae lapideae i. e. *λάρνακες* Therae inventae in quibus mortui fortasse armis ornati sepeliti sint,[2]) aliqua ratione cum Vulcani cultu pristino cohaereant. Cf. Iliad. σ 412. Paus. VII 19, 6 *ἐν τῇ λάρνακι, ἔργον μέν, ὡς φασιν, Ἡφαίστου. ...* Quamquam dei cultus in tota Graecia, in insulis, Asia, Africa Herodot. II 112[3]) valde propagatus est, quod Cyrenae tituli desunt, mirum est. Fortasse deus cultu cum Minerva coniunctus erat.[4]) Cf. *Ζω-πυρίων* 1566, *-πυρος* 713. 723. 1304. 1514.

## Venus. Amor.

Vix dubitari potest, quin deae titulus arae incisus *[Ἀφροδ]ίτῃ [Μελιτ]ίνῃ*[5]) 1332 s. f. IV apud tholum in occidentali urbis clivo sacer fuerit; cognomen ipsum vix aliis exemplis,[6]) affirmetur cum alia de Veneris cultu testimonia nondum inventa sint, sed utile erit nomina theophora afferre: *Ἀφροδείσιος* 1397, *Ἀφροδη-* 1515 s. I^a^, *Ἀφροδισία* 337, 5 s. III^a^. $1302_{12.\ 14.\ 65}$ s. f. II^a^, *Ἀφροδίσιος* $327_{44.\ 95.\ 222}$ s. III. 638 b 1 aet. Rom. 671 a 4. 677, 4 s. II. 1588; *Ἀφροδοῦς* 968 aet. christ., *Ἀφ.* 327; porro *Ἐπαφρᾶς* 484, 7. 925. 909. 1563. 1568. 1606, *Ἐπαφρόδειτος* 339, 12. 13. 341, 6. 903 s. III^a^. 611, 4. $642_{18}$ aet. Rom. 827 aet. christ., *Ἐπαφρόδιτος* $662_{18}$. 739, 4 s. II/I. 886 aet. Rom., *Ἐπαφρ-* 643, *Ἐπα.* $327_{232}$.

Pertinent autem ad cognomina *Αἰνειάδα*, cultam Leucadis Head HN² p. 330 s. II^a^, Aeneae schol. A. D. ad Iliad XX 307, *Αἰνέας* 1002; *Ἀργυρόπεζαν*, Cyrenae schol. Pind. Pyth. IX 16 a, *Ἀργυρίς* 837; *Γένεσιν* (Genetricem) Tarenti *AJA.* II series XXXI p. 151 s. III/II, *Γένεσις* $870_{14}$; *Δωρῖτιν* Paus. I 1. 3, *Δωρίς* 1409; *Ἐρυνίκην*, cultam ad Erycem Head HN² p. 138/9 s. V^a^, Psophi (Sic.) Paus. VIII 24, 6, *Ἐρυξίας* $1304_{19}$, *Ἐρυ-* 327; *Εὐεργέτην*

---

1) G. Wissowa *Religion und Kultus der Römer*² (1912), p. 229.

2) *Thera* II 90.

3) Kaibel, *Epigr. Gr.* 1015; in Aegypto idem deus sub nomine *Φθᾶ* audit. Suidas *Φθᾶς· ὁ Ἥφαιστος παρὰ Μεμφίταις.*

4) Cf. Lepti maiore *Notiziario* III p. 84 II d fig. 18.

5) Supplevit O. Kern *Klio* I 223.

6) excepto titulo Erythris invento BCH. IV p. 154 s. III^p^, ubi vox non divum, sed humanum cognomen significat.

et *Εὔκλειαν*, cultam Maroneae (Thrac.) IG III 5954 aet. Rom., *Εὐεργέτης* $1396_4$, *Εὔκλεια* $346_8$, *-κλείδης* 606. 634, *-κλῆς* $606_{24}$; *Κυπρίδα*[1]), cultam Corinthi schol. Pind. O. XIII 32b, Megalopoli IG V 2. $461_4$ s. IIª, Antipoli IG I 551 s. III/II, Troiae schol. Lyc. 112. 1143, *[ϛ]υπραῖο[ς]* 1479, fortasse *Κύθηρος* 917;[2]) *Μόλιν* apud Babylonios Nicol. Damasc. 90 fr. 4 *F. Gr. Hist.* II a p. 332 Jacoby s. Iª/Iᵖ, *Μόλλις* 330. 438 fortasse *Δαμόλις* 1484; *Χρυσῆν*, in Libya Diodor. IV 26, 2, Romae IG III 6254 aet. Rom., *Χρῦσος* 574, *Χρυσ-* 382, *Πα[ι]σιφάνεια* 882.[3]) Non inveniuntur nomina Therae ad Venerem *Βερενίκην*, in Macedonia BCH. XVI 102 s. IIIª, *Ἐνόπλιον*, Spartae IG 1444, Plut. Inst. Lacon. p. 239 A, *Εὔπλοιαν*, cultam Athenis Paus. I 1. 3, *Μορφῶ*, Spartae Paus. III 15, 11 *Νηλείαν*, Magnesiae IG IX 2. 1125 s. IIª, *Οὐρανίαν*, Cytherae Herodot. I 105, *Παφίαν*, cultam apud Paphios Paus. VIII 53, 7, spectantia.

Ad Veneris filium comitemque Amorem[4]) spectant fortasse item nomina theophora *Ἐρασί-κλεια* 871 s. Iª, *-κλῆς* 596 litteris veterrimis rupi incisum *-σις* 335 $A_{11}$ s. f. IIª, *Ἐρατοκράτης* 644. 637. 694, 3 aet. Rom., *Ἐρα-* 327, 232 denique *Ἔρως* 339. 337, 4.[5]) Ad Adonidem prae ceteris a Venere dilectum *Ἀδ.* 1496 referri potest.

Ut Junonis cultus, ita Veneris cultus Cyrenae prius exemplum quam Therae inveniri potest.[6])

### Mars.[7])

Tituli quidem ad dei Thracici nomen attinentes nondum adhuc reperti sunt.

---

[1]) *Μήδειαν* apud Corinthios Theopompus in schol. Pind. Ol. XIII 32 b.

[2]) Cf. apud Aenianes Preger Inscr. gr. metr. 95 s. IVª.

[3]) *Πασιφάεσσαν* enim aliud nomen pro Venere *Χρυσῇ* s. IVª esse docet Arist. Mirab. auscult. 133. Preger Inscr. gr. metr. 95.

[4]) De vocis interpretatione Ioan. Lyd. De mens. 116, 6 W *Ἄδωνις μέν ἐστιν ὁ Καρπός*.

[5]) De Amoris cultu Cyrenis cf. E. Ghislanzoni *Notiziario* II 1. 2 p. 42 ss.

[6]) Cf. Herodot. II 181. schol. Pind. Pyth. V 31. Smith-Porcher Pl. 57. Catalog. 1414—1462.

[7]) De vocis interpretatione Apollodor. *Περὶ θεῶν* 244 fr. 117. fr. 126 a. b. *F. Gr. Hist.* II b p. 1076 Jacoby, Ioan. Lyd. De mens. p. 116, 6 W *Ἄρης δὲ ὁ σῦς*.

Ad cognomina deo attributa referri possunt haec: ad *Ἀμύντωρα*, cultum Ancyrae IG II 4040 s. I^a^, *Ἀμύντας* $672_3$; *Γοργόν*, Corinthi Geffcken l. c. 330 s. II^a^, *Γόργος* 1452, *Γοργοσθένης* 327. 341. 475. 500. 635. 636. 703. 1302. 1396. 1515; ad *Δαφοινόν*, nominatum in Graecia Geffcken l. c. 230 s. II/I, *Δα-* 1524; ad *Θαῦμον*, cultum in Macedonia Hesych. s. *Θαῦμος ἢ Θαῦλος*, *Θαυμέας* 1289, *Θα-* 1301; ad *Θηρ[ε]ιτάν*[1]) sive *Ἐνυάλιον*,[2]) cultum Salamine Plut. Sol. 9, Megaris Thucyd. IV 67, Spartae Paus. III 14, 9. 10. 19, 7. 8, schol. Aristoph. Pac. 457, Plut. Quaest. Rom. 111 p. 290 D, Carmone (Hisp.) Strabo XV 2. 14, in Macedonia Arrian. anab. I 14, 7, in Colchide Paus. III 19, 8, *Θηραινώ* $1302_{21}$, *Θῆρις* 1463, *Θήρων* 606 ter. 729 II. 615. 653—655. 663. 707. $665_3$, *Θηρώ*[3]) 369. 652. De Marte *Θούρῳ*, invocato Athenis Kaibel l. c. 24 s. V/IV, Panticapaei ibid. 251 s. f. I^a^, nominibus *Θαῤ-ῥῆς* 573, *Θαῤ-ῥυμάχας* 544, *-ῥύμαχος* 763, *-ῥυμαχ-* 814, *-ῥυπτόλεμος* 787, *-σικράτης* 680, 3, *-σων* 327, non minus *Θρασυ-κλῆς* 1549, *-λέων* 336. 330 (quinquies). 326 bis. 340. 519. 606. 619. 710. 720. 733. 881. $1299_6$. 1512. 1525. 1562. 1581. 1584. 1604, fortasse *Θράσων* 690, fortasse *Θεάνωρ* 419; de *Νικηφόρῳ*, invocato in Lagidarum regno *OGIS.* I $86_5$ s. III^a^, nomine *Νικήφορος* $339_{15}$. 638 $b_7$, apud Lacones schol. Lycophr. 249,[4]) vel *πολεμοκλόνῳ*, cui in aliquo loco IG III $4961_2$ s. III^a^ est dedicatum, et *Νέῳ* apud Getas Ambladae Head HN² 892 s. II^p^, nominibus *Εὐπόλεμος* 327. 703, *Νεοπτόλεμος* 1618 bis, *Αἰχμέας* 1398, *Ἐπίλογχος* 339. 382. 416. 701. 710. 730. 1598. 1519 cf. Iliad. ν 444, non minus *Νεόνικος* 1289 admonemur. Certiora vestigia Martis cultus, si talis exstitit, quam Therae Cyrenae observari possunt, utique in Cyrenaica.[5])

---

[1]) Cf. Hesych. s. v. *Θηρίτας· ὁ Ἐνυάλιος παρὰ Λάκωσιν.*

[2]) De hoc Carico numine *Ἐνυαλίῳ* in cuius locum postea Mars successit, cf. schol. Soph. Aiax 175; schol. Arist. Pax. 457. Ullum Enyalii vestigium Therae nequaquam explorari potest, aliter Rhodi IG XII 5. $912_{12}$ s. f. II^a^. Ud. de Wilamowitz l. c. I 321 ss. II 141.

[3]) id erat Martis nutricis nomen Paus. III 19, 8.

[4]) Cf. Heraclit. p. 46, 3.

[5]) Cf. Pind. Pyth. IV 88. V 85. In vico Africae *Homs* vocato *Notiziario* III p. 82 I b fig. 12.

## Mercurius.

Huius dei nomen apparet sine cognomine nomineque dedicantis infra forum

*Ἑρμᾶ(ς)* 1352 s. IVª.[1])

### Nummus.

| Obv. | Rev. |
|---|---|
| Æ₅ Mercurii caput | *ΘΗ* caduceus |

s. IVª.

Head HN² 1911 p. 493.

Praeponitur Mercurii nomen litteris veterrimis rupi incisum viro Theraeo nobilissimo anonymo, qui deo se dedicat hac ratione: *Ἑερμᾶς, [ὁ δεῖνα] ἄριστος* 370 inter Carnei templum et epheborum gymnasium. Ullo rursus cognomine non apposito quater se deo dedicantium nomina anteponuntur titulis prope epheborum gymnasium inventis *[Κλ]ησιά[ναξ] Κληνδρ[ίδα]* 394 s. IV, *Μ[η]νόφιλος Θεμιστοδάμου* 392 s. III, *Τιμ[ῶ]ναξ Νικ[ίππου]* 396 s. II, fortasse *Ἀγλωφάνης Πο[λ]υνίκου* 397 s. II. Supra Basilicam aliter raro attributum deo cognomen solum *Στροφε(ύς)* 1374 aetatis Romanae arae sine dedicantis significatione incisum apparet.[2])

Saepissime occurrit Therae Mercurius cum Hercule coniunctus. Utrique, cuius nomina medio in decreto posita sunt, dedicat unus ex athletis, ut *τούς τε ... τιθεμένους ὑπὲρ τοῦ βασιλέως γυμνικοὺς ἀγῶνας συνευκοσμῶν* ... 331, 23 s. II incerto loco. Nomina dedicantium Mercurio Herculique anteponuntur titulis his: in *S. Stephani* monte *Δωροκλείδας Ἱμείροντος* 390 s. III, prope epheborum gymnasium *Προκλείδας Εὐα[γόρα] καὶ Ἀ[λκιμέδων] Προκλείδα* 1314 s. III ibidem, *ὁ υἱὸς Δ....* 391 s. f. II, nomina litteris detritis descripta 340, 24 s. II/I, *[ὁ δεῖνα-]δάμα* 393 *[ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος]* 395 s. II supra epheborum gymnasium, sacerdos anonymus Tiberii imperatoris gymnasiarchusque Agonicrates eiusque hypogymnasiarchus Epilonchus 339, 25 s. Iᵖ 'ad scalas, quae sunt intra epheborum gymnasium'.

---

[1]) *Thera* III 174.

[2]) *Klio* I 221. *Thera* III 174.

Prope Apollinis Carnei templum meridiem fere versus intra aedificium antiquum inventus est titulus antiquissimae aetatis ad Dioscurorum par geminum, Castorem et Pollucem attinens rupique incisus *Διόσϙορọι* 359 dedicantis nomine omisso; cum dedicante idem nomen legitur in fano Artemidori supra viam, quae ab ecclesia *S. Stephani* ad *Evangelismum* ducit 1333 s. III[a] [1]) et prope Apollinis Pythii templum i. e. ecclesiam christianam cum sacerdote dedicante Pasippo 1351 s. I[a]/I[p]. Extra Theram Dioscuri apparent Athenis Isocr. 76, 6. 134, 24. 140, 31, Paus. I 18, 1, Plut. Num. III 3 c. 13; Argis schol. Pind. Nem. X 69 (64 b); Epidauri IG IV[2] 129 s. III[a]. 511 s. II[p]; Spartae Xenoph. hist. gr. VI 3, 6, *BSA.* XXVII p. 248. XXIX p. 49 aet. Rom., Paus. III 13, 6 et saepius, Therapnae schol. Pind. Isth. I 43 c, Nem. X 103, ad Eurotam schol. Pind. Isth. V 38; Messene Paus. IV 16, 5. 27, 6, Andaniae ibid. IV 27, 3, Olympiae Paus. V 15, 5, Pharis ibid. VII 22, 5, Mantineae ibid. VIII 9, 2, Clitoriae ibid. VIII 21, 4, Delphis ibid. X 9, 7. 8, Charadrae ibid. X 33, 6, Amphissae ibid. X 38, 7, Thespiis IG VII 1792 s. V[a], Tanagrae ibid. 554 s. III[a]. 1826 s. II[a], prope Orchomenum ibid. 2875 s. III[a]; in Macedonia Thucyd. IV 110, 1, Arr. an. IV 8, 2, Plut. Aem. Paul. 23, in insulis: Cephalleniae IG IX 1. 649 s. VI[a], Corcyrae ibid. 1057 s. I/II, Deli IG XI 2. 144 A s. IV/III. 145. 154 A. B. 159 A. 161 A. 229. 287 s. III, *Inscr. de Dél.* $290_{74}$. $296_{39}$. $316_{83.93}$. 338 A $a_{35}$. $365_{45}$ s. III[a], Cnidi *SGDI.* 5788 s. VI[a], in Colchide Head HN[2] 496 s. I[a], denique Cyrenae schol. Pind. Pyth. V 10 a. 124 a, Theopomp. *Φιλιπ.* apud Suidam s. v. *Φορμίων* (Jacoby II b p. 392), Paus. III 16, 2. 3, Plut. p. 1103 B, *Notiziario* III 83. II b fig. 16.

Nomina vere theophora sunt: *Κάστωρ* 1527 s. II/I. 672. 724 s. I[p], *Κα-* 808. Cf. *[Διοσκο]υρίδα(ς)* vir Cnidius 1004. Cyrenae *Διοσκυρίδης* *Notiziario* III p. 99.

Ad par geminum *Διδύμους*, Timaeus apud Diodorum IV 56, *Διδυμάνθης* 1302, *Δι.* 327; ad Discororum festum *Θεοξένια*, Cyrenae Suidas s. v. *Φορμίων*, *Θεόξενος* 466. 1390. 1391, *Θεο.* 327, *Θε.* 690 b. 723; ad *λευκὼ πώλω* Eurip. Antiop.,[2]) Hesych. s. v. *πωλία·* et *πῶλος·* *Πῶλος* 1611 spectant.

[1]) Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* II 389.

[2]) Ud. de Wilamowitz *Hermes* XXVI p. 242. *SB. Berl. Ak.* 1921, p. 77.

Ceterum e rupe exsculpta ara ab Artemidoro Dioscuris dedicata infra titulum 1333 cultus symbolis, nautarum Thraciorum pileis duobus et duabus stellis additis pileusque prope Apollinis Pythii quod vocamus templum 1351 inventus una stella[1]) ornata erant.[2])

## Dea. Deus. *(Θεά. Θεός.)*

Dea pro Oceanide Doride occurrit semel sola decreti titulo 870 s. II$^{p}$ prope *Phiram*; cognomen *ἁγνή* Deae (*θεῷ*) anteponitur titulo 410 s. I$^{a}$/I$^{p}$ infra vicum, qui *Acrotíri* vocatur, Sarapione columnam dedicante postponiturque Deae cognomen *Βασίλεια*[3]) Epiloncho et Cristarista dedicantibus titulo 416 s. I$^{a}$ prope vicum *Megalochóri* vocatum. Praeter dedicationem 416 statua Deae in aedicula parva ad parietem ad solis occasum vergentem constituta erat.[4])

Huius Deae cultus suppletur nominibus vere theophoris: *Ἁγνοσθένης* 1580. 491 s. II$^{a}$. 492. 330. 752. 473. 864 s. II$^{p}$, *Ἅγνων* 554, *Ἁγν...* 407 b s. V$^{a}$, nisi significatione diva omissa cognomen solum citatur, et *Βασιλο-δίκα* 330 s. III, *-κλεια* 513 a s. I$^{a}$, *-κληα* 870 s. I$^{p}$. Cf. *Βασιλικὴ στοά* $326_{18}$.

Accedit *Παρθέν[ος] Λερία* basis titulo 440 s. IV$^{a}$ *Goniae*, 'quo a *Μεσαβουνῷ* delata esse Schauberto videtur' dedicantis nomine omisso,[5]) culta Leri Athen. XIV 665 C, Suid. s. v. *μελεαγρίδες*, Halicarnassi Syll. I$^{3}$ 46 s. V$^{a}$, Chersonesi ibid. I$^{3}$ 360 s. III$^{a}$. II$^{3}$ 709 bis s. II$^{a}$, Neapoli ibid. I$^{3}$ 107 bis s. V$^{a}$.

Deus invenitur prope *tres ficos* titulo 511 s. II/I aliqua ex parte suppleto; aetate christiana prope vicum *Kamári* dictum 1385 s. III/IV cum prophetarum nominibus: *Enoch* et *Elias*. Aliter vox *Θεός* 469 s. I$^{a}$ ut cognomen Caesaris Augusti, aut formulae causa 436 s. IV$^{a}$, 1349 s. III$^{a}$ pro Apolline, 420 s. IV pro Baccho adhibetur.

---

[1]) Cf. De re Aët. II 18, 1.

[2]) Cf. Eurip. Helen. 140. O. Kern *Die Religion der Griechen* I 239. Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 239 ss.

[3]) De hac schol. Ar. Av. 1536.

[4]) Cf. *Thera* I 306 sq. II 255 ss. (imag. 444).

[5]) Cf. *Thera* I 172. Curtius *SB. Berl. Akad.* 1887 p. 1175. Ud. de Wilamowitz a. l. 185 adn. 2.

## Dei.[1]

Constat in Deorum cultu nomen dedicantis Therae nunquam deesse.

Populus dedicat titulis *Θεοί* citatis 485 s. III$^{a}$ apud *tres ficos*, $1291_{25.29}$ s. III$^{a}$ decreto,[2]) 487 s. III$^{a}$ ante Basilicam, 503 s. I$^{a}$ in muro, qui in montis clivo agellum sustentat.

Unus i. e. homo privatus dedicat titulis: 464 s. III$^{a}$ extra fanum in via quae a foro versus Carneum fert (cf. 1346 b. $1347_3$ in fano ipso) Artemidorus, 486 s. III$^{a}$ in Basilica Dorimachus, 488 s. III$^{a}$ prope *tres ficos* Timonax, 489 s. III$^{a}$ ibidem Cartidamas, 518 s. I$^{a}$ apud *Perissam* Aglophanes, 515 s. I$^{a}$ infra templum Carneum idem, 491 s. II$^{a}$ ante Basilicam Hagnosthenes, 1400 s. I$^{a}$ infra forum Diodorus, fortasse 1401 s. f. II$^{a}$ infra forum Loisti filius, 514 s. I$^{a}$ in area, quae in Apollinis Carnei pronao exstructa est, sacerdos Theoclidas, 1659 s. II/I *Phirae* Lucius.

Una dedicat titulo 507 s. II$^{a}$ apud ecclesiam christianam Archinica, 510 s. II$^{a}$ prope Basilicam Euryanassa, 1399 s. II$^{a}$ in theatro Nicopolaea, 492 s. II$^{a}$ ante Basilicam Xanthippa.

Porro duo, vir feminaque, dedicant titulo 1398 s. f. II$^{a}$ apud forum septentrionale Aechmeas et Telesidica, duo viri 490 s. II$^{a}$ rursus prope *tres ficos* Britho et Proclidas, vir et virgo 520 s. I$^{a}$ in septentrionali arcis clivo Asclepia et Clitosthenes, 521 s. I$^{a}$ ad Apollinis Carnei fanum eaedem.

*Οἱ ἄλλοι θεοί* nominantur Dei contra Ptolemaeum apotheosi deum declaratum titulo 466 I s. II$^{a}$ prope Basilicam ab Eirenaeo dedicante, 466 II A, 4. 5 s. II$^{a}$ ab eodem,[3]) contra aliena numina (deos Aegyptios) 444, 5 s. III$^{a}$ ad ecclesiam Christianam ab Himerophonte et Epiterpe dedicantibus. Cf. Anaphae 247.

*θεοὶ μεγάλοι* 1330 s. f. II$^{p}$ ante cubiculum in superiore urbis parte sine dedicantium nominibus.

*θεοὶ πάντες*, Cyrenae *Notiziario* II p. 151 s. IV$^{a}$, Therae desunt.

---

[1]) Deae (*αἱ θεαί*) non Therae, sed Cyrenae inveniuntur *Notiziario* III p. 98 s. IV/III (IG 5183); de invocatione Bannier Mus. Rhen. LXXII p. 232.

[2]) Significatio *Θεοί* toti decreto praefecta cultus formulam ritu traditam continet. Cf. 1291.

[3]) Cf. *Klio* XVII p. 95.

θεοὶ πάντες καὶ πᾶσαι, Erythris *Nordion. Steine* ed. Ud. de Wilamowitz p. $49_{46}$, Therae desunt.

θεοὶ Σαμοθρᾶκες invocantur titulo 1337 s. IIIª [1]) bis ab Artemidoro aram dedicante — ibidem cognomine hexametro anteposito — extra Theram Deli *OGIS.* I 430 s. IIª, Samothrace ibid. 225 s. IIª, in Africae vico *Kopti* vocato ibid. 69, viro Theraeo Apollonio Sosibio dedicante, Cyrenae cf. Callim. hym. et epigr. ed. Ud. de Wilamowitz XLVII.

θεοὶ σωτῆρες titulo 1388 (463) [2]) s. IIIª *Phirae*, 1387 s. III/II in superiore parte casae i. e. prope Basilicam — anteposito in hexametro cognomine 1333 (422).

θεοὶ Φιλομήτορες 1391. 468 s. IIª, denique θεοὶ μεγάλοι ἐπήκοοι Ἀσκληπιοὶ Ὑπαταῖοι 1330, in Aegypto Per. Pap. XVIII 2, 26 s. IIª.

Ad Dei vel Deae vel Deorum cultum spectant numerosa nomina theophora: Θεο-γείτων 327 bis, -γένης 327, Θεογ- 719, -δοσία Anaphae 258, -δοτος 880. 530. 531. 532. 529. 1531, -δώρα 343, -δωρος 327 ter. 899. 904, -δ- 343, -θεμις 815, -κλείδας 512. 514. 516. 519. 868. 869. 1035. 1329. 1406. 1407. 1408. 1524, -κρίσιος 606 ter. 708. 714 a. 1523, -μανδρος 816, -μναστος 889 s. III, -ξενος 466 s. III. 1390. 1991 s. II, -πονπος 340, -τείμητος 910, -φιλος 327. 638 b. 677, -φραστος 606. 1527, -χαρ- 338 B, Θεο. $327_{70}$.

Eodem enumeranda sunt nomina in quibus vox θεά aut θεός in fine posita est: Δωροθέα $1302_{22}$, Δεξί-θεος $1299_{22}$. $1300_{37}$, Δοσί- 1589, Δωρό- 640. 641. 653 b. 711. 520. 521. 327 bis. 672. 694. 703. $1302_{15.\,59}$. 1306. 1533. 1587, Δωσι- 1300. 1522.

Pro stirpis syllaba Θεο- adhibetur Θευ- in nominibus Aeolicis et Ioniis; idem valet Therae: Θευ-γένης 1302, -δοσία 890, -δόσιος 740, -δοτος 755. 1304. 712. 606 ad n. 57, -δωρος 1304. 327. 1583, -δ- 629. 1299, -κλείδας 1521. 729 III. 513 b. 650. 677. 638 b. 671 b. 740, -κρίσιος 606 bis. 1514. 1542. 634. 744. 341, -κριτος 736, -μναστος 651. 1560, -μ- 1302, -ξενος 680. 339. 618, -πάνης 458, -ποντος 859, -τέλης 1304. 1596. 1598, -φιλος 327. 672. 1004, Θευ- 1585, Θε- 723, Anaphae 290.

Ne omittantur nomina exeuntia in syllabam duplicem -μανδρος: Ἀρασί- 562, Ἐχ- 646. 647. 757, Θεό- 816.

---

1) Cf. Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* II 389.

2) Vitio: 464 Suppl. p. 302.

## Fortuna.[1]

*Τύχη* sola occurrit in lapide ad insulae Ii litus reperto hodieque Theraeis attributo 447 s. III$^{a}$, ignoto loco 1376, in iugo quod *Messavunó* dicitur, 446 s. II$^{a}$ in iugo *Messavunó* vocato, supra Basilicam 1375 s. f. I$^{a}$; *τὰ Τύχης* i. e. Fortunae effectus commemorantur in carmine philosophico in foro et in aedificio magno effosso 1656 s. III/II[2].

Dedicantur autem deae ab Artemidoro titulus 1338 s. III$^{a}$[3] in fano condito, a T. Flavio Clitosthene Claudiano templum decreti titulo $326_{26}$ s. II$^{p}$.

Dantur ei cognomina haec: *Ἀγαθά* titulo 1377 s. I$^{a}$ prope forum sine dedicantis nomine, cum dedicante Archino Bono Numine insequente 436 s. IV$^{a}$ prope vicum *Kontochóri*, quem vocamus; haec cultus ratio invenitur Coi Paton-Hicks *Inscr. of Cos.* 57 aet Rom., Pergami Syll. III$^{3}$ 1124 s. I$^{p}$, Bono Numine anteposito 1323 aet. Rom. sine dedicantis nomine infra forum, Athenis Aelian. Var. hist. IX 39, in Elide Plin. HN 36, 23 prope Lebadaeam Paus. IX 39, 5, Deli IG XI 4. 1273 s. II$^{a}$.

*Ἐπήκοος* dea audit arae titulo 448 aet. Christ. in vico *Emporio* vocato sine significatione accuratiore, denique *Τύχη τῆς πόλεως* a Clitosthene dedicante $325_{42}$.[4]

*Ἀγαθὴ Τύχη*[5] invocatur Athenis IG II$^{2}$ 116. 117 b. 244. 333. 479. 520. II 741 s. IV$^{a}$. 861 s. III$^{a}$, Epidauri IG IV$^{2}$ 392. 393. 400 s. II$^{p}$, Spartae *JHS.* Suppl. V p. 349 aet. Rom., Olympiae Paus. V 15, 6, Eretriae IG XII 9. 236 s. II$^{a}$. 139 s. I$^{a}$, Meli IG XII 3. 1098 s. II/I, Smyrnae Syll. III$^{3}$ 961 s. III$^{a}$, Magnesiae (Ion.) *IvM.* 374 s. III/II, Erythris Syll. III$^{3}$ 1014 s. III$^{a}$, Philadelphiae ibid. 985 s. I$^{a}$, in Phrygia *BCH.* VIII p. 501 n. VI s. II/I, Cyrenae *Notiziario* III p. 98, *Ἐπήκοος Τύχη*, Spartae IG V 1. 242 s. III$^{a}$, *Τύχη τῆς πόλεως*, Athenis

---

[1]) De hac Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* II 299 – 309.

[2]) Idem a. l. II 390.

[3]) *T. ἐπίσημο[ς]* erit dea cultus symbolo fortasse addito. Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* II 389 sq.

[4]) Fortunae imaginem exhibet *Thera* III 131 fig. 111. Cyrenae *Notiziario* I/II fig. 48 p. 162.

[5]) Decreti initio posita formula *ἀγαθᾷ Τύχᾳ* 1296 s. II$^{a}$. 325 s. II$^{p}$ vel in medio testamento $330_{126}$ vix etiam ad Fortunae cultum referri potest.

IG II 1212 s. II$^{a}$, Ephesi Head HN$^{2}$ 920, similiter *νέας π.*, Neapoli IG XIV 720 aet. Rom.

Etiam addimus nomina vere theophora: *Τυχ-αμένης* 327, *-ανδρος* 327, *-άσιος* 327. 894 (Anaphae 250), *-ασις* 1586, *-ής* 1634, *-ικός* 914, *-ιος* 1526, *-ων* 401. 1636, *Τυ-* 1021, *Εὐ-τυχής* 343. 346, *-τυχία* 820, *-τυχος* 324$_{7}$. 337 bis. 479. 1629, *-τυχίς* 1302, *Εὐ-* 333. 327, *Εὐ.* 327$_{111}$, *Καλότυχος* 908. 911.

Si vis, nomen theophorum ad Parcae cultum pertinens afferri potest: *Μοίριχος* 1299.[1])

## Δαίμων.[2])

Significatio sola *Δαίμων* aut cum dedicantis nomine aut sine eo, Athenis Soph. O. R. 1480 frg. 511 s. V$^{a}$, Isocr. Pan. 151 s. IV$^{a}$, Aristid. Or. Keil XXVIII 109, Coloni Soph. O. Col. 76, schol. Arist. Thesm. 298, Vesp. 1038, Plut. 883, Syll. II$^{3}$ 796 B$_{10}$ s. I$^{p}$, Argis Aeschyl. Ag. 1663, Choeph. 513, Epidauri IG IV$^{2}$ 83 s. I$^{p}$, Delphis Aeschyl. Eum. 150, Amorgi IG XII 7. 405 aet. Rom., Lesbi IG XII 2. 383 s. III$^{a}$, Rhodi et in Creta Strab. X 472, apud Graecos et Troianos Iliad. *η* 291. *ϑ* 166. *λ* 480. *ο* 418. 468. *φ* 83, in universum Parmenid. 18 A fr. 37. B fr. 1 p. 114$_{9}$ Diels, Pind. Pyth. VIII 76. paean. VI 131, Bacchyl. XVI 46 fr. 25, Apoll. *περὶ ϑεῶν* 244 fr. 150 b (II b 1086) Jacoby, apud Orphicos Kern *Orph. Frg.* 169. 349, Suidas s. v., Carthagine Polyb. VII 9, Cyrenae Callimach. ep. XIV Ud. de Wilamowitz vel *Δαίμονες* cum cognomine *Ἀγαϑοί* (Di Manes), Mylasis Syll. III$^{3}$ 1246 s. III/II, apud Aegyptios Plut. Is. Osir. c. 27 vel sine eo Mylasis Syll. III$^{3}$ 1241 s. III$^{p}$ bis, Cnidi Ep. Gr. 781 (Kaibel) s. III$^{a}$, in mari Arabico Ptolem. VI 7, 43, in universum[3]) Pind. Ol. I 36, Pind. Pyth. VIII 76, Bacchyl. VIII 84. XVI 117, Cyrenae Callim. ep. XV. XXVI Ud. de Wilamowitz, Pollux V 131 (*δ. παλαμναῖοι*), Therae non reperitur.

Semper autem praeficitur cognomen *Ἀγαϑός* septem testimoniis certis: quater sine dedicantis nomine arae titulo 1319 (727) s. f. IV$^{a}$, in vicum *Merobigli* a monte *Messavunó* delato, titulo 1321 s. II/I supra Basilicam 1322 s. I$^{a}$ in septentrionali

[1]) Thebis Paus. VII 26, 8 '*καὶ Μοιρῶν τε εἶναι μίαν τὴν Τύχην* ...'.
[2]) De hoc O. Kern l. c. 47.
[3]) Cf. Catal. codic. astrol. Graec. VIII, III 1912 p. 121, 6—9.

fori parte, 1320 s. I^a/I^p in casa privata in fori meridie sita, Deli IG XI 4. 1301 s. III^a, Syracusis Theopomp. apud Athen. 693 B–E (Jacoby II c. d p. 403. fr. 406 n. 115 s. II^p), Cyrenae *Notiziario* IV p. 214 aet. Rom.

Bis coniunguntur cultu sine dedicantis nomine Ἀγαθὸς Δ. Ἀγαθὴ Τ. 1323 s. II^a infra forum; idem par divinum invertitur titulo 436 s. IV^a prope vicum *Kontochóri* per Archinum sacrificantem.[1] Denique occurrit semel alterum par divinum Juppiter Salvator Bonumque Numen titulo 1366 s. II/I^a sine dedicantis nomine supra Basilicam occidentem versus. Quae cultus coniunctio extra Theram vix usquam inveniatur.[2]

## Hecata.[3]

Dea sola i. e. sine epiclesi occurrit semel Cyrenae,[4] non Therae. Duo cognomina attribuuntur ei ab Artemidoro: lapidem nigrum exstruente πολυώνυμος et φωσφόρος 1335 b in scalis rupi incisis prope Dioscuros. Voce φωσφόρος usitatius est cognomen δαϊδοφόρος in universum Bacchyl. fr. 31, schol. Apoll. Rhod. III 467.

Sine divo nomine dedicantisque nomine audit dea [Τρ]ιο-δῖ[τις] 1325 s. V^a alicubi. Quod cognomen legitur Athenis, Athen. VII 126 p. 325 AB, Coi schol. Theocr. II 35, Steph. Byz. s. v. τρίοδος· τριοδῖτις δὲ ὅτι ἐν ταῖς τριόδοις τε τίμηται. Cum Hecata, Cariae vel Asiae[5] deae, plane fere natura moribusque cum Diana consentiat,[6] etiam nomen theophorum Ἑκαταῖος 1644 s. II^a, Ἑκατ- 757 addatur. Cf. Ἄδμητος 1406. 1407. Hesych. s. v. Ἀδμήτου κόρη· Ἑκάτη. Cyrenae Hecata una cum Salute, Panacaea, Hercule invocatur.[7]

---

[1]) Cf. p. 62 h. diss.

[2]) Cf. p. 11 h. diss. Cf. Schiff *Festschrift f. O. Hirschfeld* 1903 p. 377 adn. 5, p. 390 adn. 20.

[3]) De hac Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* II 388.

[4]) Cf. Ferri *Contrib. di Cir.* p. 10.

[5]) Quae sententia affirmatur per Artemidorum virum Pergaeum dedicantem.

[6]) Cf. p. 32 sq. h. diss. de cognominibus respondentibus. Ceterum Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 169 ss.

[7]) Cf. Ferri *Contrib. di Cir.* p. 10.

## Priapus.

Priapo, qui *Λαμψακηνός*[1]) dicitur, dedicat Artemidorus titulum 1335 c. d s. III$^{a}$, quo deus ipse loquens inducitur, cum divitias sempiternas largitur estque omnibus civibus et hospitibus adiutor.

## Victoria.

Desunt tituli, sed nomina theophora sunt haec: *Νικα-γόρας* 332. 1297 (Anaphae $254_{30}$), *-ιος* 1304. $327_{286}$. $634_{8}$, *-κράτης* 327, *-νδρος* 1297. 332. 333. 1298. 710, *-νωρ* 327. 392 B. 498. 606. 638 a. 729 I/II/III, *-ρατος* 1441, *-ρέτα* 848, *-ριος* 1302, *-ρχος* 606, *-σικλῆς* 1302, *-σίλας* 1462, *-σι* 1559, *Νίκη* 336, *-της* 982, *-φορος* 339. 638 b, *Νικί-ας* 466. 664. 1302 (Anaphae 306. 308), *-κράτης* 606 a, *-ππος* 485—88. 340. 396. 487, *Νικοκ-* 606. 746, *Νικό-λα* 513 b, *-λας* 849, *-ζᾶς* 1609, *-μήδης* 672. 1530, *Νικο-* 606, *-πόλεια* 1399, *-τελώ* 1302. 1622, *Νίκων* 606. 680. 1304, *Νικ-* $733_{12}$ aut *Εὔνικος* 729 II, *Πολύνικος* 829. $330_{93}$. 397. 622. 623 a. 695. 697. 716, *Πραξίνικος* $327_{293}$, *Τιμόνικος* $336_{8}$, *Φιλόνικος* 335 $A_{8}$, *Λανίκης* 580.[2])

## Parcae.[3]) Pax.

Cum titulo $870_{14}$ s. II$^{p}$ prope *Phiram* *Μοῖραι* earumque cultus signa (*μίτοι* i. e. fila) citentur, una ex Parcis decreto $869_{10}$ ad ecclesiam *S. Demetrii*, decreto $868_{9}$ prope Monolithum cum cognomine *ὀλοή* commemoratur; *Μοίριχος* 1299 nomen vere theophorum est, fortasse nomina quoque *Λαχάρης* 327. 671 a, *Θέσ-τωρ* 627[4]) addi possunt. Cf. *Εἰρηναῖος* 919 b. $466_{9}$, *Εἰρήνα* $337_{9}$.

## Dei Aegyptii.

Hi tres Anubis, Isis, Serapis sunt afferunturque titulis 443 s. III$^{a}$ a Diocle Basilistisque thesauro[5]) e rupe excavato affectoque foramine angusto idoneoque ad nummos libatos recipiendos in urbis clivo meridionali dedicato, 1388 (463) s. III$^{a}$

---

[1]) Cf. Head HN² 530 s. II$^{a}$. Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* II 389.

[2]) De dea Samothrace culta s. II$^{a}$ *GGA.* 1931 p. 337 ss.

[3]) De his Ud. de Wilamowitz a. l. I 359. 361.

[4]) *θεσμοί*, Athenis schol. Arist. Ran. 453.

[5]) Imagines exhibet *Thera* I 260 sq.

incerto loco Artemidoro fanum, domum calamumque, 1389 s. III/II prope Apollinis Pythii templum Myndio aliquam rem libantibus. Loco Anubidis succedunt ceteri dei (*οἱ ἄλλοι θεοί*) titulo 444 s. III[a] ex deorum Aegyptiorum delubro in cubiculum ad ecclesiam Christianam orientem versus ablato parentibus Himerophonte Epiterpeque filium Botryn dedicantibus. Invocatur autem unum — duo Isis et Serapis Cyrenae *Notiziario* III 84 IIc. IV 210 aet. Rom. — ex tribus numinibus, Isis titulo 445 s. II[a] Antiphane et Aristippa dedicantibus in urbis veteris clivo meridionali (443). Hoc loco i. e. ad urbis marginem inter occasum solis meridiemque spectantem sacrum deorum Aegyptiorum in rupe aliqua insculptum et sine tecto exstructum erat.[1])

Inter nomina theophora nomina *Ἰσί-γένης* 634, *-δωρος* 1299. 1523 ad Isidem, uxorem Nili dei Osiridis a feminis Cyrenae[2]) praecipue celebratam, *Σαραπίων* 410. 858. 1578, *Σα.* 558 ad Sarapidem, numen animarum inferarum, cuius cultus demum Ptolemaeis regnantibus a Graecis suscipiebatur, pertinentia referri possunt.

### Heros.[3]) Heroïna.

Inter heroes denominatos i. e. viros, qui mortui apotheosi semidei fiunt, occurrunt *Ἀρτεμίδωρος* 1349 (863) s. III[a] sacerdotrice Pythia[4]) declarante heroem infra *S. Stephani*, *Ἡράκλειτος* 879 s. I[a] in ecclesia *S. Marinae*, *Σέμνος Σωτηρίχου* 1634 s. I[a] *Phirae*, *Πολυάνωρ* 883 s. I[a] in faucibus iugi *Sellädae*, *Ἀντίβιος* 1625 s. I[a]/I[p] prope eundem locum, *Ἀριστόδαμος* 878 s. I/II in regione *Ἐχένδρα* vocata, *Θεόδοτος* 880 s. II[p] ad ecclesiam *S. Marinae*, semper populo declarante; nomine declarantis omisso *Θήρα(ς)*[5]) 382 s. IV[a] prope Apollinis Carnei

---

[1]) *Thera* I 164. 258 sq. (imagg. p. 259 scamnum littera A significatur). III fig. 70. 71. 72.

[2]) Herodot. IV 186 s. V[a]; pap. Oxyr. 1380; Gr. Hunt XI 197 l. 81. Ferri '*Il telesterio Isiaco di Cir.*' 1 ss. *Notiziario* IV fig. 28 tab. XXXI. De Isidis sacerdotrice (p. 210). Ud. de Wilamowitz '*Kyrene*' p. 25.

[3]) De eius natura Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* II 17.

[4]) Cf. in testamento Andragoras et Cratesilochus $330_{125}$; Ud. de Wilamowitz a. l. II 389.

[5]) Herodot. IV 147; *καὶ οἱ καὶ νῦν ἔτι Θηραῖοι κατ' ἔτος ἐναγίζουσιν ὡς οἰκιστῇ* Paus. III 1, 8. Artemidorus titulo 382 non declarans est, cum litterae s. III/II sint.

templum, *Καλλικράτης* 889 s. II^a incerto loco, *Χαρίλαος* 890 s. I^a/I^p, Anaphae Callim. fr. 113 Schneider, Cyrenae Ferri *Contrib. di Cir.* 13 a s. V^a. Anonymus (*ὁ δεῖνα ἥρως*) bis 891 s. II^a in vico *Μέσα Γωνία*, 1368 s. I^p prope urbis clivum occidentalem, Cyrenae Pind. Pyth. V 95, Callim. ep. XXIV Ud. de Wilamowitz obvenit.

Idem observamus apud heroinas (*ἡρῴνας* vel *ἡρῴσσας*)[1]; tales sunt *Πα[ι]σιφάνεια* 882 s. I/II populo heroinam declarante in vico *Emporio*, anonyma (*ἡρῴνα*) Gnaeo et Tertia declarantibus 434 Suppl. p. 300 s. I/II in vico *Κάτω Γονία*, nomine declarantis omisso *Ἀγάπημα* 887 (*ἡρῴσσα*) s. I^a alicubi, *Ἀγ. Ἐκαφροδίτου* 886 (*ἡρῴνα*) s. I^p prope vicum *Μεσσαριά* dictum, *Ἀργεία* 1627 s. I^a ad montem *Eliam*, *Ἐχετίμα* 888 s. I^a/I^p alicubi, *Θευδοσία* 890 s. I^p in vico *Μέσα Γωνία* vocato, *Φερεβώλα* 1626 s. II^p prope vicum *Kamári*; denique anonymae (*ἡρῷσσαι*) titulo 'arae humilis ex rupe factae seu basis, in qua parvae statuae imposita fuisse videntur', 1340 s. III^a in Artemidori fano. Cf. in Cyrenaica *Δέσποιναι Λιβύης ἡρωΐδες* Callimach. fr. 126 Schneider. Apoll. Rhod. IV 1322.

Terminus autem technicus heroem declarandi voce '*ἀφηρῴιξεν*' exprimitur, cf. indic. IX p. 257.

Ut in hymno veterrimo Graeco,[2]) de quo scimus, cultus carmine mulierum Elearum ad Bacchum attinente primum vox 'heros' in cultu apparet, ita apud insulae Therae nomen hoc ad nomen coloni eponymi heroisque Therae adnectitur. Quamquam cultum herois usque ad aetatem antiquissimam non iam persequi possumus, tamen vix dubium videtur, quin vestigia talis cultus titulo 382 servata manserint. Fortasse lapis, cui titulus incisus erat, ultimum reliquum sacri alicuius aut sepulcralis monumenti, quod heroon significare nobis licet, quodque coloni eponymi insulae conditorisque urbis ossa continuisse antiqui Theraei confisi sunt. Ab heroum cultu cultus mortuorum separari non potest. Homo mortuus ultra mortem vivit particeps rerum necessariarum ut vivens; qua ex fide oritur mos, ut mortuus omnibus rebus necessariis affectus sepeliatur: vestimentum, arma, vasa, quin etiam cibus potioque in sepulcro ponuntur. Hoc modo explicatur mortuorum cultus

---

[1]) Cf. Ud. de Wilamowitz *Griech. Trag.* II 215, 2.

[2]) Anthol. lyr. ed. E. Diehl p. 206, 46.

continuus.[1]) Praecipue oraculum Delphicum in mortuum heroem declarando quarto saeculo auctoritatem totam valendam curat (1349).[2]) Paullatim autem haec oraculi Delphici potentia recedere incipit (1340).[3]) Ita fit mos, ut non deus, sed propinqui aut populus mortuum heroem declarent sacrificiisque fungantur.[4])

Neque Museum (*Μουσεῖον*) neque heroum fanum (*τέμενος τῶν ἡρῴων* $330_{35.43.48}$) neque stoa $330_{49}$ neque heroon (*ἡρῷιον* $330_{21}$) aut heroa (*ἡρῷια* $330_{13.15}$) usque ad hunc diem inventa sunt. Tamen vestigia similium monumentorum atque in Lycia[5]) demonstrari possunt.

Sepulcra templi specie sunt primum heroon apud ecclesiam *Evangelismum* vocatam situm, in monte qui *Messavunó* dicitur, iuxta magnam morum, unam ex paucis arboribus, quas nudum fastigium e rupe constans ad orientem vergens infra urbis parietinas fert.[6]) Totum locum ab origine antrum saxeum fuisse apertum est. Quem locum sepulcri cameram, ad quam aditus exterior ferebat, putare nobis licet. Sive una sive tres sepulcri camerae in aedificii parte inferiore fuerunt, utique totum opus erat magnificum monumentum sepulcrale i. e. heroon, in quo aliquando arcae (*σαρκοφάγοι*) propositae videntur fuisse.[7]) Cum cella vacua fuisse non posset, et in summa et infima parte arcas ad mortuos i. e. heroes recipiendos exstitisse necesse est.[8])

---

[1]) Cf. Aeschyl. Pers. 688 ss. Choeph. 1 ss. 84 ss. 124 ss. *Thera* II 86 ss. O. Kern l. c. I 31 ss. Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 311 ss. II 8 ss.

[2]) Arrian. Anab. VII 14, 7. 23, 6. [3]) *Thera* I 166 adn. 131.

[4]) De tribus piscibus parvis *ὀψάρια τρία* $330_{191}$. Doelger 'Der heilige Fisch' 381 adn. 4; de lectione coniectura parta 389: *τ[ρί]λα* supplet de Hiller *τ[ρί]α* Ziehen. De verbo *ἐναγίζειν* cf. Hesych. s. v. *τὸ χοὰς ἐπιφέρειν ἢ θύειν τοῖς κατοιχομένοις ἢ διὰ πυρὸς (δαπανᾶν) ἢ φονεύειν.* schol. Eurip. Phoen. 274. *ἐσχάρᾳ μὲν κυρίως ὁ ἐπὶ τῆς γῆς βόθρος, ἔνθα ἐναγίζουσι τοῖς κάτω ἐρχομένοις. βωμὸς δὲ ἐν ᾧ θύουσι τοῖς ἐπουρανίοις θεοῖς.* Casaub. ad Sueton. Caes. 88: deferre *τιμάς ἡρωϊκάς* est, quod una voce *ἐναγίζειν* dicitur, et longe differt a *θύειν.* Stengel *Kultusaltertümer*² 127. 132. *Opferbräuche* p. 103.

[5]) Cf. O. Benndorf *Heroon von Gjoelbaschi-Trysa* p. 42 ss.

[6]) *Thera* II 240.

[7]) *Thera* II 241 ss. fig. 430—34. 436—37.

[8]) *Thera* II 251.

Deinde heroon ad insulae oram meridianam apud promunturium quod Ἔχενδρα vel Ἄχινδρα vocatur, non longe ab Eleusi, septingenta metra usque ad litus distans tota structura cum heroo priore congruit. Neque igitur esse dubium potest, quin utrumque heroon mox deinceps aetate Alexandrinae exeunte ortum sit.[1])

Tertio eadem dimensione qua heroon apud *Echendram* situm erat heroon forma templi, cuius parietinae ad declive meridianum iugi *Selládae* infra priscam necropolim inventae sunt.[2]) Huic autem heroo locus cellarius deest.

Si in testamento Epictetae agitur de nobilibus mortuis, qui heroum honoris participes fiant, Therae ex imperatorum aetatis initio mos et lex fit, ut propinqui superstites sine ordinis discrimine aut civitas mortuis hos honores concedant.[3]) Quod illustratur titulis numerosis[4]) aut Theraeorum studio amoreque faciendi usque ad saeculum quartum p. Chr. n. mortuos sive cum coniuge sive cum filio anaglyphis[5]) arte ulla carentibus in convivio in cline quiescentes ante affectam cibis mensam, iuxta quam saepius ut comes puer aut canis apparet. Quin etiam liberi Therae heroes declarati sunt 923 s. II/III (820 s. f. III p). Cf. Ἡρό-θεμις 327 ter, -φιλος 404 b. 1502 (624). 1579, Ἡρ. 327 bis, Νεοπτόλεμος 1618. Pind. p. VI 6. 7.

## Hercules.

Modo ut heros, modo ut deus Hercules ubique cultus est.[6]) Therae veterrimis temporibus in antro[7]) fuisse cultus videtur. Ibidem i. e. ad praecipitem clivum orientalem montis Prophetae *Eliae* reperta est stela marmoris caerulei, in qua Ἡρακλ(ῆς) 431 litteris s. f. IV inscriptus significatusque decimam partem sacrificans antecedente littera Δ.... est. Iterum praecedit dedicans Arch(inus) titulo 432 s. f. I[a] prope viam urbis principalem occidentem versus. Cognomina cum non inveniantur,

[1]) Ross *Inselreisen* I 70. *Thera* I 251 ss.

[2]) Ross l. c. III 28. *Thera* II 254. [3]) *Thera* II 239.

[4]) 864—66. 868—77. 886—902. 904. 908. 921. 922. 924—29. 932. 1624.

[5]) *Thera* I 179 et Suppl. p. 329 n. 1630.

[6]) Cf. Bacchyl. V 71. O. Kern *Die Religion der Griechen* p. 123 adn. 1. Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* II 20 ss.

[7]) *Thera* I 295.

Hercules cultu cum Mercurio coniungitur.[1]) Nomina autem theophora sunt: Ἡρα-κλείδης 1304, -κλειτος 327 ter. 879. 339, -κλέων 1543. 1553. 945. Cf. [Πυ]ρυ[ᾶ]ς 1465,[2]) Δωριεύς 550.

## Venti.

Nomen proprium Βορέας invenitur nominis forma multiplicem interpretationem admittente[3]) Βορεαῖος 357 sine significatione accuratiore loco nominum divinorum antiquissimorum prope Carneum.[4]) Aquilo est is Ventus, cuius vis in mari Aegaeo et maxime in insula Thera praevalet. Extra Theram invenitur Aquilo, Ventorum rex, sive cultus causa sive in universum Athenis Paus. I 19, 5, ad Ilissum Herodot. VII 189, Plataeis Thucyd. III 23, Argis *JdI.* XXV p. 33[5]), Megalopoli Paus. VIII 36, 6, Olympiae Paus. V 13, 1, Chalcide Herodot. VII 189, ad litus Magnesiae (ad Sepiada) Herodot. VII 189, ad montem Pangaeum Pind. Pyth. IV 182, in Thracia Herodot. V 9, schol. Hom. *HY* ad ξ 533, schol. Pind. Pyth. IV 324, Plutarch. περὶ Ὁμήρου c. 110 Bernardakis, Paus. V 17, 11, Steph. Byzant. s. v. Αἶμος, Magnesiae (ad Sipylum) Paus. III 22, 4, Deli IG XI 2. $145_{11}$ s. IV/III, Coi Nicander in schol. Apollon. Rhod. I 304, Romae IG XIV 1293 $A_{90}$ s. II/I denique Cyrenae *Notiziario* III 91 ss.[6]) Pertinere ad filiam Aquilonis[7]) Chionam Apoll. bibl. III 199, Paus. I 38, 2, Χίονις 1294, Orithyiam[8]) ad eius coniugem sive filiam Herodot. VII 189 [Ὠρεί]θ(υ)ια 415 s. V$^a$ intra Basilicam, ad pueros schol. Pind. Ol. IV 32 c, Apollod. bibl. I 111. 122: Ζήτην Ζη. $327_{303}$. Κάλαϊν ibid. Κα- 808 possunt. Cf. ὁ λιμὴν ὁ βοῤῥαῖος Οἶα. $1291_{10}$, Ξάνθος 885 (Anaphae 314),[9]) Ἀρισταῖος 744.[10])

[1]) Cf. p. 38 sq. h. diss., aliter Cyrenae Ferri *Contrib. di Cir.* p. 10 h.

[2]) Cf. Ephor. ap. Steph. Byz. s. v. Δυμᾶνες. Apoll. bibl. II c. 179.

[3]) Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I p. 265 adn. 1. Cyrenae *Notiziario* III 91 ss.

[4]) *Archaische Kultur* p. 20 ss. *Thera* I 150 (97). IV p. 111. *Klio* I 216. O. Kern *Die Religion der Griechen* p. 95.

[5]) Cf. G. Loeschcke *Dorpater Progr.* 1886 p. 4 (*Tartu*).

[6]) Cf. Pap. Ox. 6. 59. 41 ss. [7]) Cf. Βορίσκο[ς] 368.

[8]) Cf. de hac Hiller de Gaertringen De Graecorum fabulis ad Thraces pertinentibus quaestiones criticae. Berol. 1886 p. 7—11.

[9]) Cf. Plato Phaedr. 229 c. Dio Chrysosth. XX 25. Festus p. 181.

[10]) Cei Aristaeus Ventis sacrificat, Theophrast. de Ventis fr. V c. 2, 14 W.

Ad Ventos qui imprimis navigationi perniciosi fieri poterant, mitigandi[1]) causa titulum, quo vetitum erat, ne lapidem caeruleum a militibus usurpatum repertumque infra gymnasium attingeres,

***Μὴ θίγγανε* 451 s. V$^{a}$**

quia aliter auster perniciosus se erumperet aut subsolanus harenam moveret,[2]) referri necesse est.

### Biris.[3])

Ad deae nomen spectant fortasse litterae antiquissimae sine dedicantis nomine rupi incisae prope Carneum *Βῖρ[ι]ς* 365 et Suppl. p. 291.

Sin autem *Βῖρ[υ]ς* legitur, de nomine certe theophoro eodem modo ac 1483. 1486 agi necesse est. Ceterum dea colitur Amyclis Paus. III 19, 3.

### Hyacinthus.[4])

Dei nomen solum cum aut sine dedicantis nomine Therae non reperitur, sed e dei nomine derivatus mensis bis *Ὑακύνθιο(ς)* titulis $436_{15}$ s. IV$^{a}$ prope ecclesiam *S. Georgii*, $325_{20}$ s. II$^{p}$ in stela Basilicae muro interiori inserta, Rhodi *BCH.* V 332. 339, Coi ibid. VI 254. 265 sq., Calymnae ibid. VIII 33. 35. 37 affirmatur. Accedit nomen vere theophorum *[Ὑα]κίνθ[η]* $1302_{42}$. Extra Theram deus colitur Athenis Apollodor. bibl. III c. 212. Thebis schol. Pind. Isthm. VII 18 c. Aristot. fr. 532, Spartae Herodot. IX 7. 11. Thucyd. V 23. Xenoph. Hell. IV 5, 11, Agesil. II 17, Athen. IV 139 d–f, Paus. IV 19, 4, Philostr. Vit. Sophist. II 12. Vit. Apoll. VI 20, Theodoret. Graec. affect. cur. VIII 907. Macrob. I 18, 2. Hieronym. adv. Iovinianum I 308 (Migne), Hesych. s. v. *Ἑκατομβεύς·* et s. v. *Ὑακίνθια,*

---

[1]) Cf. *Βορεαῖος* 357 prope Carneum.

[2]) De hac re Studniczka a. l. 556. *Klio* I 216. *Thera* I 150 adn. 41. O. Kern *Die Religion der Griechen* 115 sq. (18).

[3]) De hac Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 264.

[4]) De hoc Ud. de Wilamowitz '*Pindaros*' 324. 478. a. l. I 105 sq.

Amyclis Paus. III 1, 3. 19, 3–5. 10, 1, Plut. Arist. 10. Nonn. XIX 100 ss. Lactant. ad Stat. Theb. IV 223. Ἐφ. ἀρχ. 1892 p. 19. 22. Gythii IG V 1. 1209 aet. Rom. Teni IG XII 5. 864 s. II^a^, Rhodi Syll. III³ 1031 adn. 3. 1116 s. II^a^. (Cf. IG XII 1. append. p. 1428.) Symae IG XII 3. 27 s. II^a^, Coi Paton-Hicks 367 bis. 368 VIII s. III/II,[1]) Tarenti Strabo VI 278 (Polyb. VIII 28, 30); denique deesse Cyrenae ullum ritus testimonium videtur.

## Concordia.

Huic deae, quae Ὁμόνοια vocatur, dedicat κατ' ἐνύπνιον Artemidorus in fano aram 'immortalem' titulumque 1336 s. III^a^, cum dea titulo 1341 gratiae causa eidem dedicanti coronam magnam per civitatem dedendam curet; extra Theram Concordia Delphis Syll. II³ 816 s. I^a^, Olympiae Paus. V 14, 9, Epidauri Head HN² p. 244 s. I^p^ occurrit. Cf. [Ὁμ]οιογένεια Anaphae 263.

## Fides. Orpheus.[2]) Audnaeus.

Tituli desunt, sed spectant ad Fidem nomina integre theophora Πίσ[τ]ις $923_{15}$ aet. Rom., Πίστος $1302_{23}$ s. II^a^; cf. Romae Plut. Num. 16, ad Orpheum Ὄρφιτο(ς) $325_{17}$, ad Audnaeum Αὔδναῖο(ς) $327_{16}$.

## Mithras.[3])

Tituli quidem cum dedicantium nominibus desunt, sed dei Persici cultus vestigia dilucida fiunt nomine vere theophoro sexies occurrente Μιθρῆς 759 a. b. 404 b. 1655 (1022). 1514. 1510 aet. Christ. Mithrae locum sacrum i. e. Mithraeum ante Mercurii Herculisque antrum Στεφάνα vocatum, infra arduum montem, qui *Messavunó* dicitur, scamno e rupe exciso significatum fuisse situm verisimile est.[4]) Extra Theram Mithrae

---

[1]) Βακίνθιος Tylissi (Cret.) Cauer-Schwyzer Del.³ 83.

[2]) De hoc O. Kern *Orpheus* 1920, praecipue p. 24. Cf. Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* II 183. 195 sq.

[3]) Cf. de hoc Fr. Cumont *Die Mysterien des Mithra* ³1923.

[4]) *Thera* I p. 195. fig. 212 p. 194.

cultus invenitur ad Olympum Plut. Pomp. 24, Istri Head. HN² 275 s. II/III, in Syria *AJA.* II ser. XXII p. 54 ss., apud Persas Xenoph. Institut. Cyri VII 5, 53. Oecon. IV 24. Plut. Art. 4 cf. Athenaeum X p. 344 D, in Germania *Gnomon* 1926 II p. 685 ss.,[1]) Romae *Dict. des Ant.* III p. 1944 ss., IG XIV 996 s. I^p, Cyrenae Ferri *Il Telesterio Isiaco di Cirene* (1927) p. 2 adn. 1.

## Angeli.[2])

Tituli Christiani plerumque stelis simplicibus, in quarum fastigii planitie forma quaedam rosae efficta est, insculpti sunt; ea autem re, quod margines interdum pilis desribuntur, totum veri templi speciem habet. Inter titulos 'angeli' nomen continentes discernuntur hi:

Primum Ἄγγελος forma nominativi sine ulla significatione accuratiore 959. 961. 958. 960. 962. 963 I. 974.

Deinde forma genetivi eiusdem rationis 965. 964. 966. 967 (968).

Ἄγγελες i. e. Ἄγγελοι soli non inveniuntur.

Primam formam nominativi nomine mortui mortuaeve addito continent tituli hi: 933—945. 946 (duobus nominibus additis). 949. 950. 951. 953—957. 968—973.

Altera forma genetivi mortui nomine in eodem casu posito semel 948, tertia forma ἄγγελες mortuae nomine addito bis 947. 952 occurrit.

## Ptolemaei.

Inter hos nominantur dedicationis causa:

Ptolemaeus I basis titulo 464 s. III^a in via principali, quae a foro versus Carneum fert, ab Artemidoro Theraeisque (1387),

Ptolemaeus II βασιλεὺς Πτολεμαῖος Πτολεμαίου 1387 s. II^a in superiore parte casae cf. 464. 1291. 443,

Ptolemaeus III βασιλεὺς Πτολεμαῖος, Πτολεμαῖος Πτολεμαίου ἀπὸ Πτολεμαίου ἄνακτος rursus titulo 464. 1388 (463). 465. *Thera* III 103,

[1]) Cf. Dieterich *Eine Mithrasliturgie* ²1923.

[2]) Cf. *Thera* I p. 182.

Ptolemaeus IV βασιλεὺς Πτολεμαῖος [1389]. 466,

Ptolemaeus V Πτολεμαῖος patre vivo 1389. 1391 (467),

Ptolemaeus VI titulis $327_{1-16.\,144.\,145}$. $331_{21}$ s. II[a]. 468. 1390 (466 I. 466 II) Eirenaeo, 1391 (467) Alexandreo dedicantibus. 327. *Klio* XVII p. 95 sq. *Thera* III 110,

Ptolemaeus VII Πτολεμαίῳ vivo patre 1391 (467)[1]) cf. ind. IV 1 Suppl. p. 343.

Circa medium fere saeculum alterum a. Chr. n. Ptolemaeorum cultus e templi Carnei regione in aggerem Baccho sacrum translatus erit.[2]) Victoria Actiaca parta loco antiquorum regum Aegyptiorum Caesar Octavianus Augustus succedit.[3]) Qua ratione Ptolemaeorum cultus heres cultus imperatorum fit. Ex aedificio Ptolemaeo vocato Caesareum oritur.[4]) Nihil momenti comperimus Cyrenae de regum aetate lapidibus aedificio quod Πτυλυμαῖον dicitur, excepto.[5])

Inter Ptolemaeas apparet

Ἀρσινόη Φιλάδελφος arae titulo 462 s. III[a]

sine dedicantis nomine in ecclesia christiana, quo ex Deorum Aegyptiorum fano delata erat, 1386 in via inter viam principalem et theatri portam superiorem, quae in caveam fert. 1387.

Ad Arsinoën Ptolemaei II Philadelphi uxorem dies festi Ἀρσίνοα 1343 s. III[a] ab omnibus Theraeis celebrati referendi sunt;[6]) denique titulus 1389 attinet ad Arsinoën Ptolemaei IV uxorem.

---

[1]) De sacro Ptolemaeorum e rupe genere soleae 'ferreae' exciso sitoque ad viam, quae a foro ad Carneum fert, cf. *Thera* I 272. III 100 sq. *Klio* XVII p. 95.

[2]) *Thera* III 100. [3]) *Thera* I p. 246.

[4]) $326_{26}$. *Thera* III 121 sq.

[5]) Cf. Ud. de Wilamowitz '*Kyrene*' p. 22. *Klio* XXI p. 175. Ferri *Contrib. di Cir.* p. 12 n. 11.

[6]) Cf. *Thera* III 85. *Klio* I 219. *Festschrift für Otto Hirschfeld* 1903 p. 90 cf. *OGIS.* I p. 59 sq. adn. 34. 648; in Aegypto Flinders Petri Pap. II 11, 1 s. III[a].

# Imperatores Romani.[1]

## Caesar Octavianus Augustus.

Huius imperatoris cultus testimonio sunt tituli publici duo: *(ὁ) Αὐτοκράτωρ*[2] *Θεοῦ υἱὸ(ς) Καῖσαρ* 469 prope Basilicam septentrionem versus aut prima ultimaque voce permutata *[Καῖ]σαρ Θεοῦ υἱὸ(ς) [Αὐ]τοκράτωρ* 470 s. I[a] prope Basilicam septentriones versus.[3]) Cf. *Καλάνδ(αι) Αὐγουστ(αι)* 325 18. 19.

## Tiberius.

Praenomine *Αὐτοκράτωρ* praeposito *Αὐτοκράτωρ Τιβέριο(ς) Καῖ[σ]αρ* 517 in monte *S. Stephani* intra Basilicam, voce *Αὐτοκράτωρ* omissa *Τιβέρι(ος) Καῖσαρ* 471 in aula, quae est ante specum Mercurii et Herculis 339, 1 s. I[p] intra epheborum gymnasium[4]) hic imperator cultu significatur.

## Gaius Caesar Caligula Eiusque Parentes.

*Γάϊο(ς) Καῖσαρ Σεβαστό(ς)* 1392. 1393 (472).

Germanicus, pater Caligulae, Iovem *Βουλαῖον* adaequatus *[Ζεὺς Βου]λαῖο(ς) Γερμανικὸ(ς) Καῖσαρ* 1393 (472)

item Caligulae mater, Agrippina, Vestam adaequata *Ἑστία Βουλαία Ἀγριππῖνα* 1392 in theatri scaena Romana nominantur.[5])

## Claudius.

Huic imperatori Romano partim sine praenomine *Αὐτοκράτωρ* titulo privato honorario *Τιβέριο(ς) Κλαύδιο(ς) Καῖσαρ Σεβαστὸς Γερμανικό(ς)* 473 in monte *S. Stephani*, partim cum

---

[1]) De his Ud. de Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* II 429 ss.

[2]) Praenomen '*Αὐτοκράτωρ*' ceteris nominibus primo antepositum esse intellexit iam Theodorus Mommsen Res gestae divi Augusti² 12.

[3]) Cf. P. Riewald De imperatorum Romanorum cum certis dis et comparatione et aequatione, diss. Hal. XX 3 p. 273.

[4]) Cf. P. Riewald l. c. p. 297.

[5]) Cf. P. Riewald l. c. p. 295.

praenomine *Αὐτοκράτωρ* titulo publico *Τιβέριο(ς) Κλαύδιο(ς) Καῖσ[αρ] [Γε]ρμανικὸς Αὐτοκρά[τωρ] (ὁ) σεβαστὸ(ς) [κα]ὶ μέγιστο(ς) καὶ κράτ[ιστος]* 1395 in regione portae, quae in theatri orchestram fert, cultus veneratioque attributa sunt.[1]) Cf. in Aegypto Pap. Ox. I 37 s. I^p^.

## Vespasianus.

Huic titulus publicus honorarius: *[Αὐτοκράτωρ Καῖσ]αρ [Σεβαστὸ(ς) Οὐεσπ]ασιανό(ς)* 1394 ante theatri scaenam Romanam repertus dedicatur.[2])

## Trajanus.

Huic sunt destinatae dedicationes duae: *Αὐτοκράτωρ Νέρβα Τραϊανὸ[ς] Καῖσαρ Σεβαστὸ(ς) Γερμανικὸ(ς) Δακικό(ς)* 475 incerto loco, 324 s. II^p^ in fossa montis *S. Stephani.*[3])

## Hadrianus.

Hic imperator apparet in cultu sub quinque cognominibus columnae titulo *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Σεβαστὸς Τραϊανὸς Ἁδριανὸς Αὔγουστος ὁ Εὐεργέτης* 476[4]) in foro seu regione '*τρεῖς συκιές*' appellata. 477.[5])

## Antoninus Pius.

Solemnis appellatio in cultu est: *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ T. Αἴλιος Ἁδριανὸ(ς) Ἀντωνεῖνο(ς) Σεβαστὸ(ς) Εὐσεβή(ς)* 325[6]) litteris muro interiori Basilicae inscriptis. Adduntur etiam duo cognomina *(ὁ) Σωτὴρ καὶ Εὐεργέτη(ς) τοῦ κόσμου* 1396[7]) infra forum cum senatu populoque Theraeo dedicantibus.

---

[1]) Cf. P. Riewald l. c. p. 292.

[2]) Cf. P. Riewald l. c. p. 275 n. 24. Cyrenae *Notiziario* II 1, 2 p. 175.

[3]) Cf. P. Riewald l. c. p. 264. 321. *Berl. Griech. Urk.* I 22.

[4]) Cf. Epidauri IG IV² 606 s. III^a^. Syri IG XII 5. 674. Corinthi *AJA.* II ser. XXIII p. 384.

[5]) Cf. Nicaeae P. Riewald l. c. p. 273. Ancyrae ibid. p. 322. Cyrenae Ferri *Contrib. di Cir.* p. 3. 7.

[6]) Cf. Cyrenae Ferri *Contrib. di Cir.* p. 3, *Notiziario* II p. 197 fig. 1.

[7]) Cf. P. Riewald l. c. p. 322.

### Marcus Aurelius Antoninus.

Qui imperator appellatur in cultu a senatu populoque Theraeo *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μᾶρκος Αὐρήλιος Ἀντωνεῖνος Σεβαστός* 478 in monte *S. Stephani*, 479 in fori parte orientali.

### Septimius Severus.

Ad hunc attinet titulus honorarius *[Α]ὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λ. Σεπτίμιο(ς) Σεβῆρο(ς) Πέρτινα(ξ) Σεβαστό(ς)* 1397. 480 in monte *S. Stephani* infra forum.

### Caracalla.[1]

In cultu Theraeo imperatori sunt cognomina haec: *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μ(ᾶρκος) Αὐρ(ήλιος) Σεβῆρος Σεβαστὸ(ς) Εὐσεβὴ(ς) Εὐτυχή(ς)* 484 s. III^p prope locum '*τρεῖς συκιές*' appellatum aut alia *Ἀντωνεῖνος Ἀραβικὸς Ἀδιαβηνικὸς Παρθικὸς Γερμανικὸς Μέγιστος* 481 in monte *S. Stephani*.

---

[1]) De hoc *AM.* XLVIII p. 105 n. 11. p. 108 n. 16₄.

# Vita.

Natus sum a. d. III Idus Octobres anni MDCCCLXXXVI non longe a Batavorum finibus in Guestphaliae oppido Anholt, filius portitoris mortui Ioannis Alberti Braun eiusque coniugis Anna e familia Schlewing. Fide evangelica educatus gymnasium Tremoniense (Dortmund) adii studuique veterum linguis historiaeque in universitatibus Halensi, Monasteriensi, Berolinensi, ubi mihi erant praeceptores praeclarissimi Fridericus Bechtel †, Otto Bremer, Hermannus Ebbinghaus †, Guilelmus Fries †, Maximilianus Ihm †, Theodorus Lindner †, Paulus Menzer, Reinhardus Nebert †, Benedictus Niese †, Carolus Praechter, Carolus Robert †, Ernestus de Stern †, Philippus Strauch, Goswinus Uphues †, Georgius Wissowa †, — Paulus Cauer, Fridericus Koepp, Guilelmus Kroll, Ludovicus Radermacher, P. E. Sonnenburg, — Hermannus Diels †, Adolphus Lasson †, Eduardus Meyer †, Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff †.

Inter vivos mortuosque, quorum memoriam semper pie colam, eminet optimus carissimusque praeceptor meus Otto Kern, qui studiis meis consilio et opera favit indefessa ratione usque ad hunc diem. At etiam non praetereundus est hoc loco vir clarissimus Fridericus baro Hiller de Gaertringen, titulorum Theraeorum sospitator gravissimus ac felicissimus, qui me aliquamdiu Berolini versantem quaerentemque egregie de titulis Theraeis ab eo effossis ac accuratissime editis docuit. Utrique igitur viro pro benignitate benevolentiaque sincero animo gratias ago summas.

INSTITUT